STUDIEN

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN

VON

GEORG CURTIUS.

DRITTER BAND.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL.

1870.

STUDIEN

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN

VON

GEORG CURTIUS.

DRITTER BAND.

Zweites Heft.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL.

1870.

LaCl
C

641319
29.8.56

INHALT.

Pag.

F. H. RAU De praepositionis *ΠΑΡΑ* usu 1

H. HAGER De graecitate Hyperidea 99

C. ANGERMANN Zur griechischen Etymologie und Wortbildung 115

1) *Ἀνακες, ἀνάσσω, ἄναξ, ἄνασσα.*

2) Das Suffix *τητ* in Primärbildungen.

H. W. ROSCHER Phonetisches und Etymologisches 127

1) Austausch zwischen *β* und *μ*.

2) Ueber *μήχι, ναΐχι, οὐχί* und *ἦχι*.

F. G. BENSELER De nominibus propriis et Latinis in īs pro īus et Graecis in *ις ιν* pro *ιος ιον* terminatis 147

G. CURTIUS Grammatisches und Etymologisches 185

1) *πάμφι*.

2) *φατῶς*.

3) *ι* in abgeleiteten Verbalstämmen und damit zusammenhängenden Nominalformen.

4) *κυβερνάω, κυβερνήτης*.

5) *φώρ, fûr*.

FR. ALLEN De dialecto Locrensium 205

A. CLEMM Beiträge zur griechischen und lateinischen Etymologie 281

1. *Σαῦλος, σαῦρος, σαυρωτήρ* 283

2. *γρῦ* 290

3. *λίγδην, ἐπιλίγδην* 298

4. *αἴσυλος, ἀήσυλος* 300

5. *δεῦρο, δεῦτε* 308

6. *μάχλος* 322

7. *κίβδηλος* 325

8. *sons, insons, sonticus* 328

MORIZ SCHMIDT Das Tzakonische 349

G. CURTIUS Zur Geschichte der griechischen zusammengezogenen Verbalformen 377

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/studienzurgriech03curt

DE

PRAEPOSITIONIS ΠΑΡΑ USU.

SCRIPSIT

FRIDERICUS HERMANNUS RAU

ZITTAVIENSIS.

§ 1.

Praemittenda.

Linguarum comparatione neglecta nullo modo fieri posse ut originem et significationes praepositionum recte perspiciamus diu a viris doctis intellectum est. Est autem difficillima quaestio de praepositionum origine, qua de caussa diversissimae sententiae a viris doctis latae sunt.

Boppius enim (V. G. § 995) et C. G. Schmidtius (de praep. graec. p. 87) e pronominibus; Pottius (E. F.[2] I § 7) ex suis radicibus praepositionalibus; J. Grimmius (D. Wörtb. I 50), Weberus (Ind. Stud. II 406), Schoemannus (Redeth. I 142) ex radicibus verborum sive nominum praepositiones genuinas originem ducere contenderunt; quas sententias accuratius examinare cum ab hac disputatione abhorreat, enumerasse satis habeo. Hoc dicere liceat, ex chronologia linguarum — ut ita dicam — hanc quaestionem diiudicandam esse, itaque cum ex lingua sanscrita edocti simus in praepositionibus latere casuum formas, obsoletas quidem plerumque, cumque idem de linguis cognatis valeat, summo iure G. Curtius in commentatione quae inscribitur: „Zur Chronologie der indogermanischen Sprachforschung“ novissimum esse tempus adverbiorum formationis contendit, quo tempore novae radices non amplius procreatae sint; quam ob rem praepositiones non ex singularibus quibusdam sed ex verborum sive nominum radicibus ortas esse recte affirmare posse nobis videmur. Quibus praemissis

§ 2.

de origine praepositionis *ΠΑΡΑ* et particularum cognatarum

disserendum est. Iam quod ad formam attinet graecae praepositioni respondent praefixum sanscr. *parâ*, zendica praepositio *para (parâ)*, latina *per*, gotica *fra* et *fair -*, theodisca *far-fer-*, nostrae linguae particula *ver-*, lituanica *par*, *pèr*. (vid. Curt. Grdz. [2] p. 242.)

Quod de praepositionibus in universum vidimus, de origine earum difficillimum esse iudicium, idem de praepositione *παρά* valet, quapropter magnopere inter sese dissentiunt viri docti; quorum duas praesertim sententias exstare video, utramque eximia auctorum doctrina commendatam, quarum altera est Boppii (V. G. § 1007) Pottii (E. F [2] I 453 sq.) Benfeyi (Gr. Wzlex. I 127) Schmidtii (de praep. gr. p. 54, 69) Schweitzeri (K. Z. III 395) Ebelii (ibid. V 417) Christii (Griech. Lautl. p. 38): *parâ* originem ducere ex *apara*, omissa per aphaeresin vocali initiali, *apara* autem per suffixum comparativi *-ra* ex praepositione *apa* (*ἀπό*) formatum esse (cf. *ava*: *avara*. *upa* (*ὑπό*): *upara* (*ὑπερο-*). *adha*: *adhara*). Altera sententia est Aufrechtii (Umbr. Sprachdenkm. I 155) Weberi Corssenii (K. Z. V 102) editorum lexici Petropolitani: *parâ* ex radice verbali *par*, quae traducendi, trajiciendi, perficiendi, penetrandi (*περ-άω*, *πόρ-ος*. *por-ta* got. *far-an*) vim habet, ductum esse. Vix utra sententia rectior sit diiudicari potest; tamen si quid de hac re statuendum mihi videatur dicere licet, formam atque intellectum impedire dicam, quominus *para* ex *apara* derivatum esse putemus; *apara* enim et verba in linguis cognatis ei respondentia significant posteriorem, inferiorem, sequentem; *para* autem praepositionis notionum tanta est varietas quanta ex intellectu vocis *apara* nulla ratione explicari potest. Accedit quod aphaeresis vocalis *a* praeterea in lingua scr. rarissime, in lingua graeca nunquam facta est, quamobrem eos

qui nihilo minus hanc aphaeresin factam esse contendunt necesse est eo confugere, ut eam iam illo tempore factam esse statuant, quo linguae indogermanicae unius linguae vinculo tenerentur.

Quae cum ita esse videantur eorum potius sententiae adstipulor qui *parâ* et praepositiones cognatas ex radice verbali *par* derivant, de qua sententia equidem hoc immutem ut ex radice *par* adjectivum *para* originem duxisse et ex *para* praefixum *parâ* etc. formatum esse contendam.

Verbum autem *pîparti* cum traducere, penetrare significet, *para* intellectum rei remotioris, ulterioris habet, qui ad temporis rationem translatus de tempore aut praeterito aut futuro adhibetur; itaque adjectivum sanscritum *para* aut posteriorem aut priorem significat, e quibus significationibus illa in sanscrito praefixo *parâ* (cf. *parâ-vṛt* redire, *parâkâ* peregre, procul) haec in particulis zendicis inest. Et forma quidem praepositionis παρά ad scr. *parâ* et zend. *para* pertinet, significatio non item, ut videtur. Attamen hoc tenendum est, in comparandis praepositionibus plus formam quam intellectum valere debere, quippe qui in hisce vocabulis, quae apte cum nummulis conferas, maximopere volubilis, ut ita dicam, et mobilis sit. Et Pottius (Et. F.[2] I 461) de primaria praepositionis παρά notione disputans, rationem inter sanscritam et graecam particulam intercedentem optime sic descripsit: „Grundbedeutung für sk. *parâ* ist die des Abgekehrten, oft geradezu nach der Rückseite hin; nach Lassen in der Anthologie aber latus versus: seitwärts, praeter, vorbei; mithin nur eine Ausbeugung nach einer der beiden Seiten: hinwärts; wie παρά daneben, rechts oder links." Et particulae cognatae multis rationibus eundem quem praep. παρά vel finitimum usum habent. (cf. Curt. Grdz. [2] 243.)

§ 3.

De forma praepositionis *παρά* et praepositionum linguarum cognatarum.

Thematis *ΠΑΡΑ* permulti casus in linguis indogermanicis servati sunt, quam ob rem vix ullum ad illustrandam praepositionum formationem aptius est, quas nihil nisi casus obsoletos esse iam supra diximus (cf. Curtium: z. Chron. p. 75. 76.)

Adverbium sanscr. *param* quod significat ultra, ulterius, post et Oscorum praepositio *perum* (*perum dolom mallom*) cuius vis est sine, accusativi formam ostendunt, eandem expressam videmus in adverbio *πέραν* ex substantivo statuendo *πέρα* formato, quod adverbium quin communem cum hisce de quibus agimus verbis radicem habeat non est cur dubitemus.

Aperte instrumentalis casus exstat in scr. praefixo *parâ* et in praepositione *parêna* (praeter, ultra, trans), item in zendica *para*, cuius forma plenior servata est in inscriptionibus cuneatis. (vid. Spiegel Die altpers. Keilinschr. p. 91. 173.) Neque minus Graecorum *παρά* cum Boppio (V. Gr. § 1009) Benfeyo (W. L. I 130) Curtio (Grdz. et z. Chron. l. c.) formam instrumentalis prae se ferre censenda est. [1])

Locativi formam servavit sanscrita et zendica particula *parê* e quibus illa valet postea, deinde; haec ante, pro, quae mira notionum unius radicis mutatio etiam in

---

1) Schmidtii sententiae (p. 58) quodam modo etiam Pottius (p. 541) adstipulatus est. Schweizerus (K. Z. III 395) eumque secutus Leo Meyerus (ib. VII) *παρά* ex *παραί* originem ducere contenderunt, quorum sententiam refellit Curtius (z. Chron. etc. 75. 76). Wittmanni ridiculum commentum (in programmate Suevofurtensi 1840 p. 6. de praep. gr.) praepositiones ex neutris pluralibus adiectivorum oriunda esse, itaque *παρά* ex *πάρα*, verbo tetigisse satis habeo.

graecis et latinis praepositionibus *ὑπό* (sub) et *ὑπέρ* (super) conspicitur. Etiam *παραί* apertissime locativus generis feminini est ut *pra-i* (prae) eadem ratione formatus, qua *μεταί, κατaί, διαί, ὑπαί, ἀπαί.*

Enumeratis igitur formis nota casus alicuius praeditis eas particulas huius thematis, quae signo casus carent recensere licebit, quales particulas non tam in lingua graeca exstare coniiciemus (haec enim lingua cum omnino vocalium verbum finientium, tum in praepositionum exitu tenacissima est cf. Pott. l. l. p. 233), quam in linguis italicis. cf. *περί per; ἀνά*, an-helo; *ἐνί in.* Sanscrita et zendica lingua nullam huius modi formam servavit; graeca formam *πάρ* habet, frequentem apud Homerum, frequentissimam apud Pindarum, satis raram apud poetas tragicos, nusquam adhibitam ab Aristophane, unde a dialecto vere Attica eam plane alienam fuisse concludere licebit; contra Aeoles et Dorienses ut omnino praepositionum apocopae, ita particulae *παρά* studiosissimos fuisse omnibus notum est.

Latinorum vero *per* (quamquam oblocutus est Ebelius K. Z. VI 204) quominus cum Graecorum *παρά* comparemus, neque forma neque intellectus impediunt, quamquam quia *per* et cum uno casu coniungitur, *παρά* cum tribus, et ex parte etiam praepositioni *περί* respondet, mirum non potest esse quod etiam significatio ex parte tantum cum *παρά* convenit.

Umbrorum praepositio *per* quae latinae *pro* et Umbrorum Oscorumque particula *pert* quae latinae *trans*, *ultra* respondet (cf. Ebelium K. Z. V 417. Corssenium ib. 102 et XIII, 189) intellectu magis ad asiaticarum linguarum particulas pertinere videntur; sed goticae linguae praefixum *fra-* et praep. *fair;* item theodisc. *far-fir-fer* et nostrae linguae praefixum *ver-* praepositionibus *πάρ* et *per* respondent (cf. J. Grimm, D. G. III 256) neque minus lituanicae linguae praef. *par-* et praep. *pèr,* denique Slavorum praepositio inseparabilis *prě.*

Brevissima quae excogitari potest praepositionis *παρά*

forma *πά* servata nobis est in inscriptionibus Halicarnassensibus, publici iuris factis a Newtonio (A history of the discoveries at Cnidus and Halicarn.), quarum inscriptionum partem edidit et interpretatus est C. Wachsmuthius (Rhein. Mus. XVIII, 570).

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ περιοιμώσθω.

PARS PRIOR.

De usu praepositionis παρά cum casibus coniunctae.

§. 4.

Praemittenda.

Postquam de forma praepositionis *παρά* exposuimus particularumque cognatarum, nunc de usu disserendum est, quod si recte facere volumus, primum ratio ad quam haec quaestio instituenda videatur, monstranda erit.

Historiae praepositionum tria tempora distinguenda esse mihi cum praeceptore G. Curtio convenit.

I. Omnes praepositiones fuerunt adverbia, sui iuris. [2])

II. Praepositiones natura praefixorum indutae cum verbis compositae sunt; quae compositio quam laxa fuerit inde apparet quod hac conjunctione neglecta rursus sui iuris fieri possunt; quod perverso nomine *τμῆσιν* grammatici nominaverunt.

III. Praepositiones cum casibus nominum coniunguntur, eo consilio ut variae casuum significationes accuratius distinguantur. Cf. Lange: Andeutungen über Ziel und Methode der syntaktischen Forschung. Gött. Philol. Versamml. 1852.

Ex eis, quae exposuimus concludendum videtur esse genuinam significationem certissime ex adverbiali usu cognosci posse; qui usus duplex est, alter cum praepositio

2) Iam Varronem ingeniose hanc praepositionum naturam perspexisse bene Schoemannus (Redeth. 171) ex loco Scauri de orthogr. p. 2262 *P.* conclusit.

nullo casu addito per se posita est, alter cum verbo praefigitur. Ac summo iure et alii viri docti (cf. Sonnium K. Z. XIV 5. 6) et Schwarzius (de praep. graecis et lat. dissert. Regim. 1859) grammaticos vituperaverunt quod omnem operam in eo collocassent ut usum praepositionum nominum casibus praepositarum accuratissime describerent, de praepositionibus autem praefixis pauca tantum *ὡς ἐν παρέργῳ* adnotarent.

Tamen si quis usum alicuius praepositionis describens primo loco de usu adverbiali expositurus sit vereor, ne cum rationi satisfacere studeat, in gravem errorem, quod quidem ad linguam graecam attinet, incurrat; fieri enim nullo modo potest ut ratio compositionis inseparabilis recte intellegatur, nisi antea in coniunctionem cum casibus accuratissime investigatum sit; neque quemquam fugit iam Homeri carmina subtilissime et perfectissime usum praepositionum cum casibus coniunctarum excultum exhibere. Qua de caussa cum primo loco de hoc usu dissero non falso facere mihi videor.

Inprimis autem hoc tenendum est, ex praepositionibus nullo modo casus suspensos esse, quae erat plurimorum grammaticorum sententia. Nam qua ratione fieri possit ut una eademque praepositio plures (in graeca lingua tres, in set. quattuor, in zd. vel quinque ut *para*) casus regat non explicaverunt. Qua de caussa multi, alia via inita, casum ex verbo suspensum esse opinati sunt, praepositionemque eo solo consilio additam, ut variae significationes casibus propriae, facilius distinguerentur. Rudius enim atque inscitius omnium praepositionum primitivas et simplicissimas notiones iam ipsis contineri casibus. Quae sententia, si ad antiquissimum nascentis linguae tempus spectamus, etsi rectissima est, de tempore ex quo scriptorum opera nobis manserunt, non valet, quandoquidem neque demonstratum est neque demonstrari potest casus distincte notiones locales continere. Nam si quis in enuntiato *ἐπρίατο σῖτον παρὰ τοῦ ἀνδρός παρά* non additum esse nisi ad explicandam et illustrandam sententiam contendit, errat quia numquam *ἐπρί-*

ατο τοῦ ἀνδρός Graeci dixerunt. Item cum nemo dixerit *ἔρχομαι τὴν πόλιν* quo jure praepositionem *εἰς* explicationis caussa tantum additam esse dicamus? Neque ut illorum sententiam amplectar exemplis commoveor qualia sunt *A* 596 *I* 632 *Ω* 305 *παιδὸς ἐδέξατο χειρὶ κύπελλον* (quamquam Aristonicus [v. Arist. *π. σημ. Ἰλ.* ed. Friedländer p. 26] *παρά* omissum esse adnotavit) quia hic ablativi vice genetivus fungitur, quod idem cadit in verba *λαμβάνειν*, *ἀκούειν* similia, cum solo genetivo constructa; neque quidquam demonstrant recentissimorum scriptorum mirae constructiones ut Dioscoridis II 170, III 145: *παρορμᾶν συνουσίαν* i. e. ad Venerem stimulare (cf. Lob. ad Phryn. p. 439. Wyttenb. Eclog. Hist. p. 377).

Immo hac ratione coniunctio praepositionum cum casibus explicanda est ut ex communi notione verbi et praepositionis casum putemus pendere. Antiquior constructio haec est *εἰσέρχομαι δόμους*; tum praepositione sui iuris facta *ἔρχομαι εἰς δόμους*, vel repetita particula *εἰσέρχομαι εἰς δόμους* dixerunt. Quod multis exemplis Homericis demonstrari potest.

Praepositionum vim ut accurate perspiciamus, quia casuum significationis ratione non habita fieri non possit, de casibus quae sit eorum natura ac ratio breviter disserendum videtur esse. Ac primum quidem, falsissimam esse eam sententiam, quae ad artis logicae leges unumquemque casum redigat, vel omnes uniuscuiusque casus significationes ex una primaria derivandas censeat, omnes edocti sumus.

Non unam eamque primariam notionem casus graecae linguae servarunt, sed ex compluribus casibus, partim deperditis in hac lingua, confluxerunt.

CAPUT PRIMUM.

De παρά cum genetivo conjuncto.

§ 5.

Quomodo differat παρά a praepositionibus finitimam significationem habentibus.

Praepositionis *παρά*, quippe quae tribus casibus praefigatur, significatio maximopere varia est. Notio enim generalis quae est iuxta, in tres speciales distrahitur, ex natura casuum quibuscum componitur diversas. Iam vero cum hoc loco de *παρά* cum genetivo adhibito disputaturi simus praemittendum est, quia genetivus in lingua graeca simul ablativi vice fungitur, totum fere usum non ex notione genuini genetivi sed ex notione ablativi explicandum esse, quem I. Bekkerus acute et ingeniose Abitivum appellavit. Quis est quin ob eandem caussam etiam *ἐκ πρό ἀπό* praepositiones cum genetivo coniunctas esse intellegat? Cum graeca lingua et sanscrita et zendica conveniunt, scr. *apa* enim c. abl. omnino gr. *ἀπό* respondet, et zendicum *para* c. gen. de, ab significat c. g. *tanvô para* de corpore.

Intellectus primarius praepositionis *παρά* iuxta genetivo addito ita variatur ut rem iuxta aliam rem sitam ex aliquo loco moveri indicetur h. e. homines qui *παρὰ νηῶν ἦλθον* antea *παρὰ νηυσί* fuerunt, et cum apud Homerum A190 legimus *φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ* omnes sciunt gladium antea ad latus, iuxta latus suspensum fuisse. Nemo non videt ex hisce locis, quantopere proprie inter sese differant praepositiones *ἐκ* et *παρά* dilucide perspici posse. Si dixisset poeta *ἐρυσσάμενος ἐκ μηροῦ* gladius *ἐν μηρῷ* collocatus fuisset; declarat enim *ἐκ*, rem aliquam quae dimoveatur ante *ἐν* re fuisse. Differunt etiam ob eam caussam *παρά* atque *ἐκ*, quod iam in Homeri carminibus *ἐκ* etiam caussalem vim habet velut *α* 33 vel *N*632 *σέο δ' ἐκ τάδε πάντα πέλονται*. Est igitur praepositio *ἐκ* magis a

sensibus sevocata et ad notiones, quae ad animum pertinent, translata.

Ἀπό nulla condicione propria addita significat rem e loco discedere vel amoveri, aut duas res separari quae aliqua ratione coniunctae inter se erant. Unde apparet facillime fieri posse, si accurata ratio condicionis ante motum existentis non habetur, — neque enim παρά accuratam significationem retinuit, sed in eam quae latius patet: apud, bei deflexit — ut praepositiones παρά et ἐκ, atque, quae nullam omnino eiusmodi condicionem significat, ἀπό, inter se commutentur, id quod maxime de rebus ad animum pertinentibus valet. Nam quod ad relationes locales attinet παρά et ἐκ et ἀπό apud Atticos quidem scriptores ita inter se differunt, ut παρά de personis, ἀπό et ἐκ de rebus adhibeatur, de qua re nunc accuratius dicendum est.

§ 6.

De veterum grammaticorum praecepto: ἡ ΠΑΡΑ ἐμψύχων ἐστίν.

Veteres grammatici, velut auctor scholii codicis Veneti ad *M* 114 (Friedländero auctore [ad Ariston. p. 28. Adn.] sine dubio Aristonico recentior): παρὰ νηῶν, ἔδει ἀπὸ νηῶν· ἡ γὰρ παρά ἐμψύχων ἐστίν· παρὰ νηῶν οὖν ἀντὶ τοῦ ἀπὸ νηῶν, auctores ignoti scholiorum ad Odysseam, allatorum a Lehrsio (Quaest. epic. p. 92); scholium Venetum ad *A* 603 aperte corruptum, a Friedländero ad Arist. p. 28 certissime emendatum; Ammonius (ed. Valck. p. 20) Eustathius (1134, 37), τὴν ἀπό πρόθεσιν τὴν ἀπὸ ἀψύχων δηλοῦν κίνησιν, τὴν δὲ παρά τὴν ἀπὸ ἐμψύχων idemque p. 895, 33 docuerunt παρά c. gen. cum substantivis tantum personas vel animalia significantibus coniungi, ἀπό de rebus usurpari inanimis. Quod quamquam recte praeceptum est si usum pedestris orationis Atticae solum respicimus, id quod illi grammatici fecerunt, idem tamen minime de poetis valere iam Homerica carmina docent, in quibus cum sexagies παρά cum genetivo e

verbis suspensum legimus, tricies de personis, tricies de rebus dictum esse reperiemus. Permultis locis *παρὰ νηός, νηῶν* legimus [semel *παρὰ ναῦφι νέεσθαι* ξ 498] coniunctum cum *ἐλθεῖν* Λ 744 γ 431; cum *ἀνιόντες* Ξ 28 κ 146, 274; cum *ἀπονοστήσειν* Μ 114; cum *ἀπονέεσθαι* Ξ 46; cum *φθεγξάμενος* Λ 603; cum *ἀπώσασθαι* Θ 533 Ο 407; cum *ἐλεῖν* Τ 143, 194, ter *παλίωξις παρὰ νηῶν* Ο 69. 446. 601 exstat. Itemque apud poetas recentiores epicos eius usus exempla exstant ut apud Apoll. Rhod. III 568. Deinde in carminibus Homericis legimus: *ἠριγένεια παρ' Ὠκεανοῖο ῥοάων — ἐπερχομένη* χ 197; et saepissime *ξίφος ἐρυσάμενος* vel *σπασσάμενος παρὰ μηροῦ*, hoc Α 190 Φ 173 ι 300 κ 126. 294. 321. 535 λ 24, 48 cf. Nonn. Dion. IV 412 *μάχαιραν ἐρ. π. μηροῦ*, illud Η 473 κ 439 λ 231. Denique Λ 468. *πλευρὰ παρ' ἀσπίδος ἐξεφαάνθη*. Neque in hymnis Homericis neque in recentiorum epicorum carminibus talia exempla desunt, ex quibus duos locos apponam: *παρὰ κροτάφων τε παρειαί — ἀπὸ κρατὸς χαρίεν καταέχουσι πρόσωπον* Hymn. Hom. XXXI 11 (ed. Baumeister) et *ἐρύσας ἴππον παρὰ φάτνης* Nonn. Dion. I 209. Lyricorum loci hi sunt. Pind. Olymp. V 9. Pyth. I 76. Pyth. III 60 et X 62 coll. cum Theogn. 282: *πὰρ ποδός*. Denique Pyth. V 21 *ὅτι εἶχος παρὰ Πηθιάδος ἵπποις ἑλὼν δέδεξαι* etc. cum Pyth. VII 16 *ἀπό*, Olymp. XIII 29 et Pyth. XII 5 *ἐκ* locis simillimam significationem continentibus usurpatum est cf. Bosslerum de praep. ap. Pind. usu p. 8. 11.

Neque tragici poetae ab hoc usu abhorruerunt. Aeschylea exempla haec sunt: *τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετωποσωφρόνων ἴτω προσώπων ὄμματος παρ' ἰσχύος* Suppl. 185, ubi variandi studio *παρά* positum videtur esse et *παρ' ἀσπίδος γυμνοῦ δόρυ* Sept. 605, ubi apertissime Homeri locum Λ 468 poeta imitatus est. Sophocles semper cum genetivo personarum composuit. Euripides haec habet: *ἀφ' ἑστῶν παρὰ κερκίδων τ' οἰστρηθείς* Bacch. 118. *παρ' Ἥρας οὐχ ὁρᾷς θρόνων τάδε* Here. Fur. 1127, quod fere idem valet quod simplex *παρ' Ἥρᾳ. πόλεις — ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι* frgm.

362, 10. Rhes. 366. 385. Quod legimus Ion. 1212: *πῶμα χειρὸς σῆς ἐδεξάμην πάρα* idem fere valet atque *παρὰ σοῦ*. Etiam in fabulis Aristophanis, elegantissimi sermonis Attici artificis, et apud pedestris orationis scriptores nonnumquam praepositionem *παρά* cum genetivo rerum inanimarum compositam esse invenimus, sed semper ea ratione ut personae fictio statuenda sit, itaque quae exempla veterum grammaticorum praecepto: *ἡ παρά ἐμψύχων ἐστί*, videntur repugnare, ea ipsa illud praeceptum comprobant.

Nam quae verba leguntur in Aristophanis Equit. 802 *ἵνα σὺ μὲν ἁρπάζῃς καὶ δωροδοκῇς παρὰ τῶν πόλεων* eodem intellectu dicta sunt quo *παρὰ τῶν πολιτῶν* et in loco Nub. 886 *αὐτὸς μαθήσεται παρ' αὐτοῖν τοῖν λόγοιν* personae fictio *τοῦ λόγου* est, quod etiam cadit in Herod. VII 182 *πυθάνονται παρὰ πυρσῶν* per ignes (ubi cod. Sancroft. ex coniectura grammatici cuiusdam habet *διὰ πυρσῶν*) et in Thucyd. VIII 48, 6. *καὶ ταῦτα παρ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπισταμένας τὰς πόλεις — εἰδέναι*, quod cum Dobraeo in *ἀπ' αὐτῶν* etc. minime mutaverim. [3])

Reliqua quae apud Atticos scriptores huius usus exempla exstant haec sunt, ratione ea quam modo significavimus explicanda. Plat. leg. II 659 *Α παρὰ θεάτρου μανθάνειν* (i. e. a spectatoribus) Dem. Lept. 15: *παρὰ τῶν — πολιτειῶν διδομένων*. Arist. Pol. 1310 b 7 *τὰς ἁμαρτίας ἐχουσα τὰς παρ' ἀμφοτέρων τῶν πολιτειῶν*. Personae fictio inest in hisce locis: Xen. Cyneg. XIII 4. *διδάσκεσθαι τὸ ἀγαθὸν παρὰ τῆς φύσεως*. Isocr. XV 223 *ἃ παρὰ τῆς αὑτοῦ φύσεως ἐπίσταται* (cf. Plut. Mor. 46 E. *τὸ αἰδεῖσθαι παρὰ τῆς φύσεως ἔχων*), adde Antiph. I 6 *εἰδέναι παρὰ τῆς*

3) Locus Thuc. IV 118, 4 *τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν παρὰ τοῦ Νίσου ἐπὶ τὸ Ποσειδώνιον* ne minime quidem dubito quin collato loco Arist. Lys. 835 auctore Dobraeo in *παρὰ τὸ Νῖσον* corrigendus sit, quia non solum quod *παρά* cum re inanimata compositum est, sed etiam genetivus summam suspicionem movebit, cum in hoc loco nulla omnino movendi notio insit.

βασάνου; atque Plat. de rep. V 461 E: δεῖ βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου et Tim. 85 D τῇ παρ' αὐτῆς (scil. τῆς χολῆς) θερμότητι, denique Dem. de cor. 308: παρὰ τῆς τύχης συμβέβηκεν ἐναντίωμα.[4])

Etiam apud posteriores scriptores nonnulli eiusmodi loci exstant, quamquam quod iam de Atticis valebat, in universum abhorruisse videntur ab hoc usu. Duo exempla mihi praesto sunt: ἐκμαθεῖν παρὰ τῆς τέχνης Longin. de subl. II 3 et παρὰ τῆς ἀνάγκης τὸ πρακτέον διδαχθείς Long. Past. I 30.

Praepositio cum nomine vel pronomine coniuncta aut ex verbo aut omisso verbo e nomine vel pronomine pendere potest. Nonnunquam verbum et nomen unam quodam modo notionem, ex qua praepositio suspensa est, efficiunt. Cum longe plurimis locis a verbis pendeat atque etiam ubi cum substantivo coniungitur, fere semper notio verbi alicuius omissi suppleri possit primo loco dicemus

§ 7.

de παρά cum genetivo e verbis suspenso.

Et primum quidem de verbis veniendi, tum de verbis agendi, sumendi et accipiendi sententia propria usurpatis dicam, quibus finibus usus praepositionis apud Homerum circumcluditur; apud quem primaria et genuina significatio praepositionum i. e. ea quae ad locum pertinet, accuratissime servata est. Liceat igitur mihi nonnullos locos, ex quibus primaria significatio praepositionis παρά c. gen. optime cognosci potest, afferre:

Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὄρνυτο Α 1, ε 1 quibus locis unice παρά convenit, quia Aurora per noctem παρὰ Τιθωνῷ ἐκοιμήθη, itaque παρὰ Τιθωνοῦ surgat necesse est. Quae exempla simul docent Graecos ubi motum

4) Latinorum similis ratio est cum pro simplici ablativo ponant ablativum cum praepositione *a* velut: doctus a natura etc.

ex loco quodam et a persona factum esse indicaturi fuerint, ad loci notionem ἐκ, ad personae παρά addere solitos esse. cf. Thuc. VIII 55. Herod. V 35. Arist. Plut. 531. Proxime ab illis locis absunt ο 58 ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς Ἑλένης πάρα et Ο 5 ἔγρετο δὲ Ζεὺς Ἴδης ἐν κορυφῇσι παρὰ χρυσοθρόνου Ἥρης, ubi expergiscendi et surgendi notio una est. Significationem localem integerrime etiam exhibet Θ 533 Ο 407 παρὰ νηῶν ἀπώσασθαι, et quae jam supra attulimus exempla: ξίφος ἐρυσσάμενος vel σπασσάμενος παρὰ μηροῦ. Cum poeta Λ 468 πλευρὰ τά οἱ κύψαντι παρ᾽ ἀσπίδος ἐξεφαάνθη dixit, dilucide rem ante oculos posuit, nam eodem momento quo Elephenor se demittebat ut mortuum ad se traheret latera e clipeo eminentia nudata sunt.

Saepissime apud verba veniendi qualia sunt ἰέναι, ἀνιέναι, ἐλθεῖν, ἔκιον, πλέειν, νέεσθαι (etiam ap. Apoll. Rh. B 1094) ἀπονοστῆσαι παρά adhibetur qui usus per omnia tempora graecae linguae mansit. Etiam de nuntio ab aliquo veniente velut Β 787 et addito et omisso verbo, παρά solemnis locutio facta est cf. Θεοπροπίην πὰρ Διὸς ἐπέφραδε Λ 795. Η 37. 51. item apud verba ferendi (velut ἀγγελίην Ο 175; σῆμα Ζ 177 cf. Σ 191. 137. 617) et agendi (δῶρα κ 36); apud verba sumendi et accipiendi velut ἑλεῖν Τ 143. 194, δέχεσθαι Τ 10 Ω 429. Nonn. Dion. XXV 336 XXXIX 63 etc., τυχεῖν; denique quod his verbis finitimum est apud verbum πρίασθαι ξ 452 a quo proxime abest λύεσθαι Ω 502: Ἕκτορα λυσόμενος παρὰ σεῖο.

Vides igitur satis artis finibus usum Homericum circumscriptum esse, et quod maximopere mirum ne unum quidem exemplum verbi λαμβάνειν cum παρά et genetivo dicti exstare, quod apud scriptores posthomericos sexcenties legitur. Neque ea verba accipiendi quae ad animum pertinent, qualia sunt ἀκούειν, κλύειν, μανθάνειν, διδάσκεσθαι, πυνθάνεσθαι Homerus cum παρά et genetivo composuit.

Praeter verba veniendi supra enumerata, sensu proprio et translato haec usurparunt Graeci:
διαβαίνειν Thuc. VIII 85. Eur. Bacch. 1224. ἀποβαί-

ναν Xen. Cyr. I 5, 13 ὅ, τι μὴ τοσοῦτον ἀποβήσεται παρ' ὑμῶν, εἰς ἐμὲ τὸ ἐλλεῖπον ἥξει. πορεύεσθαι Herod. VI 95. Thuc. IV 50. προπορεύεσθαι Polyb. II 27, ubi οἱ προπορευόμενοι παρά τινος significant agmen primum. ἥκειν Soph.; translate ἥξει λόγος Dem. de f. leg. 134. cf. λόγος ἐξέρχεται παρ' ἐμοῦ Plat. Theaet. 161 B et πολὺς ὁ λόγος οὗτος καὶ παρὰ πολλῶν ἐφοίτα Arrian. I 7, 3, cum VII 12, 9 λόγος ἐφοίτα παρὰ τοῖς ἐξηγουμένοις dativus positus sit. ἀφικνεῖσθαι Soph., ἐφικνεῖσθαι Xen. Cyr. VIII 7, 16. translata sententia. A poetis tantum adhibita sunt: ἵκω Pind. Olymp. V 9. ἔρως ἕσσων παρὰ Κύπριδος Ibyc. I 9. καί σε Μοῦσα ἄντομαι - πέμπε παρ' Εὐσεβίης ἐλάουσ' εὐήνιον ἅρμα Emped. 49 (ap. Mullach. frgm. phil.) i. e. te Musa precor, a Pietate profecta mitte currum cf. Mullach. ad h. l. Deinde πέτεσθαι Arist. Av. 795. 1230. μεταιρέχειν id. Pac. 261. σπεύδειν Eur. Io. 1556. οἴχεσθαι Rhes. 366. et ὤν = παρών Soph. El. 661.

De transfugis ἀπιέναι (Xenoph. An. I 9, 29. Hiero I 13) αὐτομολεῖν (id. Anab. I 7, 13. II 1, 6. Oec. V 18 bis. Polyb. I 69. cf. Anab. I 4, 3 οἱ παρ' Ἀβροκόμα μισθοφόροι ἀποστάντες ἦλθον παρὰ Κῦρον) ἀποφοιτᾶν παρὰ σοῦ abs te discedere Plat. Gorg. 489 D. φεύγειν Dem. V 18. ἐξεκομίσατο παρ' ὑμῶν Lyc. in Leocr. 26 eodem fere intellectu. ἐκπεπλεύκασι παρ' ὑμῶν σιραιγοί Dem. VIII 24, 25 τοὺς παρὰ σφῶν πλοϊζομένους ἠδίκουν Polyb. III 28.

Saepissime etiam παρά cum genetivo personae, a qua nuntius vel legatus venerit, adhibitum est. ἄγγελος ἧκε Xen. Hell. II 1, 12. ἦλθεν ἄγγελος Herod. IV 203. ἦλθεν ἀγγελία Thuc. VIII 19 ἀγγελία ἀφικνεῖται ib. V 64. πρεσβεύοντες ἡμεῖς ἥκομεν παρὰ βασιλέως Ar. Av. 1588. πρεσβεύειν Xen. Anab. II 1, 18. Lys. XIX 27. Aeschin. II 134. πέμπειν πρέσβεις Dem. de cor. 136. πρέσβεις ἐπέμφθησαν Xen. Hell. II 1, 7. Etiam ubi de nuntiis non agitur verbum πέμπεσθαι et composita leguntur cum παρά dicta velut apud Herod. VI 4. VII 106. παρ' Ἱπποκράτους εἰς Λακε-

δαίμονα γράμματα πεμφθέντα Xen. Hell. I 1, 23. *μεταπέμπεσθαι* Arist. Vesp. 680. Xen. Ages. I 10. *προσμεταπέμπεσθαι* Aeschin. III 87, denique *ἐπάγεσθαι* Thuc. III 34.

Nonnullis locis, quamquam rarissime, verbum veniendi supplendum est. Socr. *ποῖ δὴ καὶ πόθεν*; Phaedr. *παρὰ Λυσίου* Plat. Phaedr. 227. *παρ' Ἥρας οὐχ ὁρᾷς θρόνων τάδε* Eur. Herc. F. 1127. i. e. venisse, immissa esse.

Raro verba ferendi atque agendi cum *παρά* dicta reperiuntur. apud Atticos scriptores haec fere sunt. *φέρειν στολήν* Xen. Cyr. II 4. 1. translate *μέγα φέρειν* Her. VII 213. (*φέρειν δῶρα* Quint. Smyrn. I 647 et *οἶνον* ibid. V 350) *παρ' Αἰήτεω ἶγε κούρην* Hes. Theog. 994. *καὶ παρὰ Σιτάλκου ψεύραν Λακεδαιμονίοισιν καὶ παρὰ Περδίκκου ψεύδη* sc. *δεῦρ' ἤγαγε Διόνυσος* Hermipp. com. ap. Mein. II 1. 407. *σῖτον ἐξάγειν* Dem. Lept. 32. denique *ἐκ τῆς ἠπείρου παρὰ Κλεοπάτρας εἰς Λευκάδα ἐσιτήγει* Lyc. in Leocr. 26. Dem. Lept. 34.

Transire licebit ad verba sumendi, dandi, accipiendi, habendi; inter quae longe maxime frequentatum est *λαμβάνειν* eiusque composita, quod verbum inde ab Herodoto tam saepe adhibitum est, ut instar omnium verborum ex quibus *παρά* c. gen. suspensum est, existimari possit. Ex eadem radice ductam vocem Eur. Suppl. 365 adhibuit. *κάλλιστον ἔρανον δοὺς ἀντιλάζυται παίδων παρ' αὐτοῦ τοιάδε*. Item poetice dictum est *ὅτῳ τρόπῳ δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα* Soph. El. 34, quae locutio aperte formata est ex ea quam saepissime apud oratores legimus *δίκην λαμβάνειν*, velut Andoc. I 7. Lys. IV 20. V 12 etc. Isae. XI 28 etc. etc. quibuscum apte conferas *τὰ δίκαια πάντ' ἀπειλήφατε παρ' ἐμοῦ* Aeschin. I 196.

Ex verbis sumendi Hesiodus *ἁρπάζειν* (Theog. 914) et *κλέπτειν* (Op. et D. 51) cum *παρά* dixit. *ἁρπάζειν* etiam ab Aristophane (Eq. 802) et Xenophonte (Resp. Lac. III 9). *κλέπτειν* ab Herodoto I 186 *ἵνα μὴ κλέπτοιεν παρ' ἀλλήλων* et Aristophane (Plut. 358) sic positum est. Deinde huc pertinet *αἱρεῖν*: *σμικρὴν παῖδ' ἀτίταλλε φίλης παρὰ μητρὸς*

ἑλοῦσα hymn. Hom. in Ven. 115. *Σίγειον, τὸ εἶλε πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων* Herod. V 94. *αὐτὴν* (sc. *τὴν πόλιν*) *ἀφείλετο παρ' ἡμῶν* Dem. XXIII 181 XX 71. denique. *κόσμον ἀγείρασ' αἰχμαλωτίδων πάρα* Eur. Hec. 615.

Aptissime hoc loco de verbis *πράττειν, εἰσπράττεσθαι* similibus dicemus, cum παρά et genetivo coniunctis. *πρίσσειν* apud Herod. I 106. *ἐπράξαιο* apud Xen. Hell. VI 2, 38. Lys. XVII 3. XXXII 21. *ἀναπράσσειν* Lys. XVI 6. *εἰσπράττειν ναυτικοὺς τόκους* Dem. XXXV 17. LVI 17. *εἰσπράττεσθαι* apud Dem. Mid. 42. de f. leg. 21. legimus. Quibus adiiciantur eadem sententia dicta verba *χρήματα ἐξέλεξαν – παρὰ τῶν Ῥοδίων* Thuc. VIII 44 (ad quem locum cf. Krügerum) Dem. de fals. leg. 293. Aeschin. I 119 (cf. Herod. VIII 112. *συνέλεγε χρήματα μεγάλα*). *ἀναφέρειν τοὺς φόρους παρ' ἐκόντων καὶ βουλομένων τῶν Ἑλλήνων* Dinarch. I 37.

Priusquam ad verba accipiendi enumeranda transeamus, de verbis in quibus notio cupiendi, poscendi inest, paucis disseremus, ex quibus *αἰτεῖν, αἰτεῖσθαι* tantum et composita frequentata sunt inde a Sophocle frgm. 731. *τὰ δ' ἕτερα παρὰ θεῶν ἠτησάμην* et Herodoto V 23 *παρὰ Λαρείου αἰτήσας μισθόν. αἰτεῖσθαι* saepius apud Xenophontem exstat. Hell. III 1, 4. VI 1, 13. Cyr. I 6, 5. Anab. I 3, 16. Oec. III 15. *μεταιτεῖν* Dem. de fals. leg. 222. *λόγον ἀπαιτεῖν* rationem poscere Dem. IV 33 cf. *λόγον λαμβάνειν*.

Ex reliquis verbis hanc significationem continentibus haec afferam. *ἀξιοῦν* Plat. leg. 845 E. Soph. 244 B. *ζητεῖν* Isocr. I 44. XV 55. Dem. VIII 75 etc. *προσδοκᾶν* Arist. Ach. 107. Vesp. 56. *ἐπιθυμήσας σοφίας παρ' ἡμῶν* id. Nub. 412. Lys. II 10. *ἐλπίζειν* Dem. fals. leg. 106. Xenoph. Memor. IV 3. 17. poeticum *μαστεύειν* Pind. Pyth. III 59. *χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ δαμόνων μαστεύειν*. postremo. *περιμένειν ταῦτα παρὰ τῶν φίλων* Iulian. Ep. IV in.

Longe maximus autem omnium verborum e quibus παρά c. gen. pendet numerus efficitur verbis significationem accipiendi sensu vel proprio vel translato continen-

tibus. Ex quibus quod instar omnium est *λαμβάνειν* iam supra attulimus. Pleraque huiusmodi verba intellectu proprio adhibita iam in Homericis carminibus legimus, velut *τυγχάνειν*, *δέχεσθαι*. sed etiam translata significatione tempore satis antiquo inveniuntur. Sic Theognis 253 *ὀλίγης παρὰ σεῦ οὐ τυγχάνω αἰδοῖς*. [rarissime cum dativo coniungitur: *παρ' ὑμῖν τεύξεσθαι τῶν δικαίων* Dem. XXVII 2]; sententia opposita Xen. Cyr. I 6, 6 *τοὺς ἀθέμιτα εὐχομένους εἰκὸς παρὰ τῶν θεῶν ἀτυχεῖν. δέχεσθαι: γηθοσύνας δ' ἐδέχοντο παρ' ἀλλήλων ἐδιδόν τε* iam in Hymnis Hom. V 437 intellectu translato exstat. *οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι θεοὶ παρ' ὑμῶν* Soph. Ant. 1007 *δέκεσθαι γνώμην* Herod. IV 97. *δέκ. πίστις* id. III 7. *οὐ δεκόμενοι παρ' αὐτοῦ* II 143 i. e. non admittentes, credentes quod ille affirmabat; et eiusmodi locutiones multae apud Herodotum inveniuntur, qui prae ceteris verbum *δέχεσθαι* usurpavit. *τὰ σαφέστατα μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι* Thuc. I 9. Quod ad sensum pertinet proxime a verbo *τυγχάνειν* absunt haec: *τὸ μέλλον συμβήσεσθαι παρ' ὑμῶν*. Isocr. XV 322. *συμβέβηκεν παρὰ τῆς τύχης ἐναντίωμα* Dem. de cor. 308. *συνέβη τι παρὰ τῶν θεῶν χρηστόν* Dem. I 11. deinceps *ἃ παρὰ τῶν Ἑλλήνων τοῖς — ἀπηντήθη* Polyb. II 7. *μή μοι παρ' ὑμῶν ἀπαντήσῃ τὸ δοκεῖν* Aeschin. III 53. *οὐκ ἔλεον εἰκὸς ἦν συνεξακολουθεῖν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἑλλήνων* Polyb. II 58.

Ex verbo *δέχομαι* formatum est *δωροδοκεῖν*, e quo, ut ex *δέχεσθαι παρά* c. gen. pendet, primum apud Arist. Eq. 802. deinde saepius apud oratores velut apud Lys. XXI 22. Hyper. IV 10, 3.

De militibus mercede conductis *μισθαρνεῖν* et *μισθοφορεῖν παρά τινος* dicitur ab Hyp. II 11, 8. Dem. de cor. 236. IX 14. X 19 etc. etc.

εὑρίσκεσθαί τι παρά τινος saepius Attici scriptores usurparunt inde a Xenophonte Anab. VII 1. 31. Lys. XIII 9. XX 36. II 15. Isocr. IX 14. Aeschin. III 134. Demosth. Lept. 60. 79. 116 etc.

Semel λαγχάνειν[5]) (Dem. LII 14) semel πεπλουτηκότες h. e. πλούτου τετυχηκότες (Dem. Mid. 51) semel εὐπορεῖν (τριήρων εὐπορήσας παρ' ἡμῶν Dem. XXIII 156) παρά c. gen. regit. Contra saepissime φέρεσθαι et κομίζεσθαι adhibentur, cuius usus pauca tantum exempla apponam: προσδεκόμενοι ἴδια κέρδεα παρὰ τοῦ Πέρσεω οἴσεσθαι Herod. VI 100. χάριν φέρεσθαι Andoc. II 9. cf. ἀπέχω παρὰ σοῦ τὴν χάριν apud Anon. poet. com. (Mein. IV 679), χάριν κομίζεσθαι Men. ap. Mein. IV 241. Lys. XXV 6, 11. Isocr. XV 60. χρήματα Lys. XXIX 6. Isocr. XVII 35 etc. τὴν ἀξίαν παρὰ θεῶν Plat. leg. IV 718 A. τὴν προῖκα Isae. III 8, 78. V 27. VIII 25. Dem. XX 149 etc. Polyb. III 28. 67. 106. IV 61 etc. τούτων ἀμοιβὰς ἐκομίσαντο παρὰ τῶν θεῶν Long. Past. II 2. i. e. huius pietatis gratiam a deabus rettulere. πορίσασθαι Isocr. Paneg. 42. XV 164. διαφέρεσθαι Xen. An. II 3, 20. Hell. III 4, 7. Cyr. IV 2, 10 etc. etc. Lys. XIII 53. Plut. Mor. 138 C. et quod oppositum est παρ' ἀνθρώπων ἀπράκτειν τοὺς παράνομα δεομένους Xen. Cyr. I 6, 6. denique παρὰ θεῶν πρακτικώτερος ibid I 6, 3.

Nisi apud poetas cum παρά coniuncta non leguntur οὔτε τάφου ἀντιάσας οὔτε γόων παρ' ἡμῶν Soph. El. 838, παρὰ Νέσσου ἐκ φόνων ἀνειλόμην id. Trach. 554. τὴν πρὶν χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως Aeschyl. Prom. 700. denique ἀρέομαι πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν μισθόν Pind. Py. I 76, quod Boeckhius, cui omnino adstipulor, sic interpretatus est: praedicanda Salaminia pugna mercedem tollam Atheniensium, quam mihi habent gratiam. cf. Plat. leg. VII 813 ἀρνυμένους μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως.

Verbis accipiendi adnumeranda videntur esse verba emendi, ex quibus πρίασθαι iam apud Homerum exstans per omnia tempora a scriptoribus frequentatum est. Herod.

5) ἀφθόνων τούτων (sc. lacrimarum) ἀπολαύουσα παρά σου Alciphr. I 36. 1 cf. Schol. ad Soph. El. 858.

V 6. IX 80. 94. Ar. Plut. 884. Xen. de Vect. IV 20. Lys. VII 4 etc. etc. semel apud Isocr. (II 4) et Polyb. (III 42) *ἀγοράζειν* invenitur. quibus verbis finitimum intellectum habet *δανείζεσθαι* praecipue apud oratores, sed etiam apud Ar. Lys. 1057. et *μισθοῦσθαι* apud Herod. I 68. V 62. Xenoph. de Vect. IV 19. Lys. VII 11. XVII 8. Dem. XLV 29 etc. *παρ᾽ ἐμοῦ χρῆσαι φάρεα* Eur. El. 191.

Deinde hic apponam verba *περιποιεῖσθαι* Dem. f. leg. 240. XII 19 (cf. Polyb. XXIV 9, 6. *παρά τινι.*) deinceps *κιᾶσθαι* e. g. *φιλίαν* Xen. Cyr. III 1. 28. *δόξαν καὶ εὔνοιαν* Dem. de cor. 94. *πάλιν ἀνακτήσασθαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων τὴν παλαιὰν ἀσυλίαν* Polyb. IV 74. deinceps *χρηματίζεσθαι* Isocr. X 6 et *ποιήσασθαι χρηματισμόν* id. XV 25. *ἐργάζεσθαι π. τῶν ἄλλων χρήματα* Plat. Lach. 183. (conf. Hipp. mai. 282 D *ἀργύριον ἀπὸ σοφίας ἐργάζεσθαι*). *πλεονεκτεῖν* Isocr. XV 282. (cf. *ποιήσασθαι αὐταῖς πλεονεξίας* id. IV 7. V 9) *κερδαίνειν* Lys. XX 7. XXII 20. *μῖσος καὶ ὀργὴν αὐτῷ συλλέξειν παρὰ τῶν δικασιῶν* Hyp. II 106. *παρὰ τῶν αἰχμαλώτων — μνᾶς συνκοφαντεῖν* Lys. 26, 24.

Dicendum nunc est de verbis dandi, ad quae praepositio *παρά* apposita semper, quod videam, cum genetivo pronominis personalis coniuncta est, unde notissimus ille usus natus est ex quo *παρά* cum genetivo pronominis personalis significat *sumptu* alicuius. Nam si quis rem aliquam *παρ᾽ ἑαυτοῦ* dedisse dicitur, non solum a se, sed etiam de suo vel suo sumptu dedisse cogitari potest, cuius usus exempla plura iam apud Herodotum exstant velut VII 29 *παρ᾽ ἑωυτοῦ διδόντα ἄλλα* II 129 VIII 5. item ap. Arist. Eq. 869 Isocr. XVIII 60. *χρήματα παρ᾽ ἑαυτῶν διδόναι* Dem. Mid. 58 bis. *ἀνήλωκα παρ᾽ ἐμαυτοῦ* Isae. VIII 39. Dem. de f. leg. 166. P. *τριακόσι᾽ αὐτοῖς ἔτι προσθήσουσ᾽ ὄρνιθες ἔτη.* Ch. *παρὰ τοῦ;* P. *παρ᾽ ὅτου; παρ᾽ ἑαυτῶν.* Arist. Av. 608. *παρ᾽ αὑτοῦ καταθήσειν* Dem. XXII 48. XXIV 160. XLV 54, 85. *παρ᾽ αὑτῶν με ἔτρεφον* Dem. XXVII 63. *ἑκκαίδεκα παρ᾽ ἐμοῦ τάλαντα ἐκτίσας* Luc. Tim. 49 ad quem locum cf. Hemsterhusium.

Denique de usu verbi ἔχειν, intellectu: acceptum habere cum παρά et genetivo coniuncti pauca disserenda sunt. quod verbum sententia et propria et translata haud raro dictum est; de rebus inanimis iam apud Hesiodum: ταύτην Διὸς πάρα μοῖραν ἔχουσι Theog. 348 et τιμὴν παὰ Ζηνός Hymn. Hom. III 516. ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα Eur. Phoen. 718. ἔχειν ἴσον θεῶν πάρα id. Io. 1319. μαντικήν Plat. Phaed. 85 B. δίκην Herod. I 45 et multa similia.

Transeundum iam est ad ea verba, quae ad animum translata accipiendi notionem habent, quae apud Homerum nondum cum παρά constructa exstare supra docuimus. Ex quorum numero instar omnium ἀκούειν[6]) et μανθάνειν nomino.

ἀκούειν cum παρά et gen. dictum primum apud Sophoclem (O. R. 6, 95) Empedoclem (141 ed. Mull.) θεοῦ πάρα μῦθον ἀκούσας et Herodotum (VII 14) invenimus. Poetae κλύειν cum παρά coniunxerunt velut Eur. Bacch. 179. Troad. 841. μανθάνειν iam in Xenophanis carminibus legimus (III 1. Mull.) ἁβροσύνας δὲ μαθόντες παρὰ Λυδῶν, cum apud Theogn. 35. ἐσθλῶν ἅπο ἐσθλὰ μαθήσεαι sit. Maximopere adamasse hoc verbum Herodotus videtur, qui etiam ἀπό cum μανθάνειν composuit et II 51 utrumque παρά et ἀπό posuit. Saepissime πυνθάνεσθαι (Aesch. Prom. 992. Eur. Hipp. 910. Herod. Xen. etc.) semel πεύθεσθαι (Eur. I. A. 1138) et δαῆναι (ἀσπασιῶς κε παρὰ σέο καὶ τὸ δαείην Apoll. Rh. B 415) legimus. Polybius (III 48) ἱστορεῖν cum παρά et genetivo composuit. οἶδα ap. Soph. Ant. 230. Her. II 118. Ar. Av. 692 Lys. X 3. ἐπίσταμαι ap. Thuc. VIII 48. Isocr. XV 223. γνώσεσθε δ' ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν ἐμῶν, ἐξ ὥνπερ οἷόν τ' ἐστὶν εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν πολὺ μᾶλλον ἢ παρὰ τῶν διαβαλλόντων Isocr. XV 37. Pl. Leg. III 692. Iul. Ep. XXI p. 68 (ed. Heyler). παρά γε ἐμαυτοῦ οὐδὲν αὐτῶν ἐννενόηκα, συνειδὼς

6) λαμβάνειν ad ἀκούειν ut nehmen ad vernehmen.

ἐμαυτῷ ἀμαθίαν — ἐξ ἀλλοτρίων ναμάτων πεπλησθῶσθαι με Plat. Phaedr. 235 C.

His addendum videtur *παρὰ τῶν ἄλλων ἐπεξελθών* Thuc. 122, 2 quod scholiasta per *ἐρευνῶν* interpretatus est.

Denique compluria verba dicendi cum *παρά* et genetivo coniunguntur: *λέγειν* Av. Ach. 1057. *ἔπος παρὰ τοῦ πατρὸς σημῆναι τῷ βασιλέι* Herod. III 72. *καί μοι δοκοῦσι παρὰ τῶν θεῶν ταῦτα οἱ ἀγαθοὶ ποιηταὶ ἑρμηνεύειν* Pl. Io. 535 A. *ἀγγέλλειν* Thuc. I 29. Eur. Troad. 56. Plat. Men. 248. Dem. IV 18 etc. *ἐξαγγέλλειν* Jul. ep. 48 f.

In enumerandis verbis ex quibus *παρά* cum genetivo suspensum est postremo loco commemoramus *εἶναι ὑπάρχειν γίγνεσθαι* quorum usus maximopere multiplex est; ex quibus *ὑπάρχειν* praesertim ab oratoribus et maxime quidem a Demosthene usurpatum est. de re familiari apud Isocr. IX 19 dictum *τὰ Εὐαγόρᾳ παρὰ τῶν προγόνων ὑπάρξαντα.* plurimis locis cum notionibus translatis coniunctum velut *τὰς — ὑπαρχούσας αὐτῷ τιμάς* Dem. Lept. 82. *ἂν μὴ παρ' ὑμῶν αὐτῶν πρῶτον ὑπάρξῃ τὰ δέοντα* id. II 27. IV 33 etc. etc.

Sensum cum localem tum caussalem *εἶναι* habet in loco Demosthenis Phil. I 27 *οὐ γὰρ ἐχρῆν ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππαρχον παρ' ὑμῶν, ἄρχοντας οἰκείους εἶναι,* quo significatur is qui exit et oritur ab aliquo. cf. § 29. *τῶν χρημάτων ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω γενέσθαι,* quod valet pecuniam quam Athenienses suis sumptibus congerere debent. Quare illo loco quem supra attuli de magistratibus ab Athenicusibus electis agitur. (Wittich de persona Lycophronis ab Hyperide defensi p. 17—19). Ab eo sensu ex quo *παρά* cum genetivo personam a qua quid fit significat, velut *σιγὴ παρ' ὑμῶν ἔστω* Soph. El. 461 cf. *σιωπὴν παρὰ πάντων ἐποίησεν* Xenoph. Hell. VI 3, 10. *δῶρον αἱ πόλεις ἦσαν παρὰ βασιλέως* ib. III 1. 6. *αἱ παρ' ὑμῶν εἰσι κρίσεις δικαιόταται* Dem. LVII 56. proxime abest notio caussalis, cum quod ab aliquo exeat, ab eo factum esse verisimile sit, cuius usus cum maxima vis exemplorum exstet, non-

nulla attulisse sufficiet. *αἵδε — ἡμέραι εἰσὶ Διὸς πάρα* Hes. Op. 769. *τοσαῦτα ἡμῖν εἰποῦσι παρὰ τῶν θεῶν εὐμενείη εἴη* Her. II 45, 120. *μανία ἐστὶ Διονύσου πάρα* Eur. Bacch. 305. *ἁρπαγὰς εἶναι παρ' ἀλλήλων* Herod. I 4 quod idem valet atque *ἁρπάζειν παρ' ἀλλήλων*. cf. Hes. Theog. 914. Herod. I 186. *ἐσομένας χάριτας αὐτοῖς καὶ δωρεὰς παρὰ Καρχηδονίων* Polyb. I 45. *ἐκείνῳ παρ' ὑμῶν, οὐχ ὑμῖν παρ' ἐκείνου τὴν εἰρήνην λέγει* Dem. IX 9 sc. *οὖσαν* ubi optime ex Sallustio (orat. Phil. 18) locum attulit Rehdantzius: Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet.

γίγνεσθαι παρά τινος rarissime intellectu proprio: nasci ex aliquo dictum est; unus locus exstat Sophoclis (O. R. 714) quocum apte comparari potest *τέκν' αὐθέντου πάρα εἵκτει* Eur. Andr. 172. Saepius significationem verbi *τυγχάνειν* habet velut Dem. de cor. 216. id. X 39. IX 3. contra VIII 57 *ὀργὴν γενέσθαι παρ' ὑμῖν*. Saepissime idem verbum cum *παρά* coniunctum auctorem significat. *παρὰ δήμου ἐλευθερίη ἐγένετο* Herod. III 82. *δίκαι γίνονται* id. I 3. *ἅπαντα τὰ μέτρια ἐγίνετο παρὰ τῶν ἐπιτρόπων τῷ Ἀριγνώτῳ* Aeschin. I 103. *γνῶσιν ἐρέσιμον γεγενημένην παρ' ὑμῶν* Dem. VII 9. *παρ' Εὐθύφρονος ἐπίπονος γενόμενος* Plat. Parm. 428. *π. τῶν ἄρχειν δυναμένων ὀρθὴ γίγνοιτ' ἂν πολιτεία* id. Pol. 297. Phaedr. 244 D etc. Poetarum est *τέρψιν παρ' ἄλλου πεφασμένην* Soph. O. C. 1124. cuius loco prosae orationis scriptores *γεγενημένην* dixissent. Dilucide vis caussalis cognosci potest ex duobus locis Iuliani. *χειμὼν παρ' αὐτοῦ* (sc. *ἡλίου*) *γίνεται* Ep. 51 p. 96 et *παρ' αὐτοῦ φέροντα πάντα* ibid.

Verbum *γενέσθαι* aptissime transitum parat ad illustrandum eum usum ex quo

§ 8.

παρά cum genetivo ex verbis passivis suspensum

est, qua de re disputaverunt Madvigius (Synt. gr. ling. § 78 Adn.) et C. G. Krügerus (Gr. gr. § 52, 5 A 1. 2).

Est autem hic usus posthomericus et vel apud optimos scriptores Atticos rarus et intra paucorum verborum fines coercitus. Quod mirum non est, quia praepositio *παρά* numquam nisi apud recentissimos scriptores significationem praepositionis *ὑπό* habet, et omnino id quod ab aliquo exeat, non quod per aliquem fiat, indicat. Qua de caussa apud Atticos scriptores *παρά* nisi cum passivis verborum dandi et loquendi coniuncta non reperitur, qualia sunt *δίδοσθαι διδάσκεσθαι λέγεσθαι ὁμολογεῖσθαι μαρτυρεῖσθαι ἀξιοῦσθαι*. Procedente demum tempore magis magisque gliscere coepisse hunc usum exempla e Polybii maximeque e Iuliani scriptis infra allata demonstrabunt.

Verbum *δίδοσθαι* exstat apud Xen. de re eq. V 8. Isocr. I 18 IV 26 XV 9 *δῶρα διδόμενα* Plat. leg. X 907 A. Pol. 274 C. *παρὰ θεῶν ἡ τοιαύτη μανία δίδοται* Phaedr. 245 B. Dem. Lept. 42. Olynth. III 33. XII 14. de cor. 202. 293 etc. Compositum *ἡ παρὰ Ξανθίππου διαδιδομένη φωνή* Polyb. I 32 adhibuit, quocum conferas *παρ' ὑμῶν τοῦ δικαίου στερηθείς* Lys. IX 20. *τὰ παρὰ βασιλέως ἀνηλωμένα* Xen. Hell. II 1. 11. Dem. L 15. Dandi intellectus inest in locutione *θεῶν πάρα μόρσιμόν ἐστι* Eur. Hel. 1677 i. e. *εἵμαρται* i. e. *δέδοται*.

Qua ratione ex verbo *μανθάνειν παρά* pendet, eadem *διδάσκεσθαι* cum hac praepositione coniungitur, cuius usus exemplum iam apud Solonem (XIII 51) legitur. *Μουσέων πάρα — διδαχθείς* Aesch. Prom. 635. *σοῦ διδαχθήτω πάρα*. plura exempla praebent Xenoph. Cyneg. XIII 4. Pl. Hipp. mai. 301. (Long. Past. I 6. Ach. Tat. VII p. 413). Item *βεβαιοῦσθαι* velut Plat. Gorg. 489 A, Republ. V 461 E (cf.

ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ id. Conv. 199 B) παρὰ θεαίνης ἔργα δεδαημένος Nonn. Dion. XXXVIII 40. scripsit.

Multo maior est numerus verborum dicendi notionem habentium, inter quae primum locum obtinet λέγεσθαι: λόγος παρὰ σεῦ εἰρημένος Her. VII 103. Lys. V 1. Demosth. de cor. 36. διαβολὴ ῥιθησομένη Dinarch. I 54. τὰ παρὰ σοῦ λεγόμενα Xen. Cyr. V 1. 42. Plat. Soph. 244 A. 248. Pol. 296. Crat. 401 etc. Aeschin. II 42, 106 etc. Dem. de f. leg. 56. οὐδὲν λέγεται παρ' ἡμῶν id. Lept. 88. Plut. Mor. 122 C. Eundem intellectum habet ἀκούειν τὰς παρὰ σοῦ ἀπορερομένας ἐρωτήσεις Pl. Theaet. 148 E. ὁ Διονύσιος παρ' Ἀθηναίων μακαρίζεται Polyz. com. (Mein. II 871).

Ut λέγεσθαι ita ὁμολογεῖσθαι ab Atticis saepissime cum παρά coniunctum est; pauca exempla afferam. Xenoph. Anab. I 9. 1 Andoc. I 140. Lys. XXX 12. Isocr. IV 137. XI 37 etc. Plat. Prot. 360 C. Gorg. 470 B etc. Isae. Dem. Din. I 53. 90. III 8. Polyb. IV 74. cf. γίγνεται παρ' ἐμοῦ ὁμολογία Isae. XI 24. Deinceps commemoro verba ἀμφισβητεῖται. Dem. XLIV 7. μαρτυρεῖται Pl. Soph. 237 B. Plut. Moral 115 C. τὸ παρ' ἡμῶν γιγνώσκεσθαι Pl. Leg. III 692. Polyb. III 44. τὰ παρὰ τῶν θεῶν συμβουλευόμενα Xen. Cyr. I 6, 2. τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα ibid. τὰ παρὰ σοῦ ἐψευσμένα Hyp. III 27. 12. denique π. θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων — παρεσκευάσθαι τὸν βίον i. e. comparatam esse vitam Plat. de rep. II 362. Dem. XIII 11.

Apud recentiores et recentissimos scriptores ex hisce verbis passivis παρά cum genetivo pendet. ἀγνοεῖται παρά τινος Iul. Ep. 59 (p. 119), λοιδορεῖσθαι γράφεται id. XIV. LXXV. ἀναπείθεσθαι παρ' αὐτῶν id. LII. τὰ πλήθη παρὰ τῶν Κληρικῶν ἐξηπατημένα. ἐρωτᾶσθαι id. LXXVI παρ' ἡμῶν κρίνεται id. LXI. δῶρα ὠνομάζετο παρ' ἑκάστου Long. Past. III 25. εἰ συγχωρηθείη παρὰ τοῦ δεσπότου id. IV 7. ἐδόκει παρ' αὐτῶν ἀνῃρῆσθαι τῶν παρεσκευακότων Plut. Luc. 42 f.

παρ' αὐτῶν κοσμουμένη Aristaen. Ep. I 26. cf. Bast. Ep. crit. p. 156.

Etiam apud Neograecos παρά c. gen. ex verbis passivis pendens dicitur velut βιβλίον ἐκδοθὲν παρὰ τοῦ τάδε (cf. Mullachium p. 384).

Haec de παρά c. gen. e verbis suspensi sufficiant.

§ 9.

De praepositione παρά cum genetivo e substantivis pendente.

Est hic usus ad eum comparatus ex quo a verbo aliquo praepositio suspensa est multo rarior et a scriptoribus, qui Atticis priores sunt, paucissimis locis exceptis, alienus. In poetarum carminibus pauca exempla inveniuntur, sed apud prosae orationis scriptores inde ab Herodoto et Thucydide increbruit, et paullatim graecae linguae puritate atque elegantia labente tantopere invalescere coepit ut genetivi meri vice fungeretur παρά cum genetivo coniunctum, quod apud Polybium scriptoresque recentiores saepius factum esse infra demonstrabimus.

Apparet ea maxime substantiva cum παρά et gen. coniungi, quae ex verbis quibuscum coniungitur παρά derivata vel eiusmodi verbis finitima sunt.

Quattuor exempla Homerus praebet in quibus praepositio integram notionem localem servavit παλίωξις π. νηῶν *O* 69. 446. 601. et παρ' ἑταίρων ἄγγελος π 468, quae constructio etiam apud Atticos usitatissima est, saepe enim omisso aliquo verbo eundi vel veniendi ex substantivo notionem nuntii vel legati etc. habente παρά c. gen. pendet velut πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως Ar. Ach. 61. Dem. II 12 etc. etc. Θέωρος ὁ παρὰ Σιτάλκους Ar. Ach. 134. Thuc. IV 83, 2. VII 10. ἄγγελος Xen. Cyr. IV 6. 12. ἄγγελμα Eur. Or. 875. πρεσβεία Din. I 18, 28. Aesch. II 109. item apud nomina ἐπιστολῆς velut Xen. Hell. VII 1. 39. Dem.

de cor. 167 etc. *γράμματα* Polyb. II 6. V 20. *βιβλία* Her. VI 4. *χρήματα* Xen. Hell. IV 4, 2. V 2, 35. *χρυσίον* Din. I 69. *μισθός* Thuc. VIII 48. *γέρας* Eur. Bacch. 878. 98. *δῶρα* Xen. Cyr. II 1, 13 etc. *δωρεά* Plat. Pol. 290 C. Isocr. Paneg. 94. Dem. Lept. 15. 35. 63. 108 etc. *ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ κατεύματα* Ar. Vesp. 1160. *τὰ π. τοῦ Διὸς ὕδατα* Plat. leg. VI 761. cf. Tim. 85. Apud Thucydidem (II 41 cf. V 115) legitur *ἀνὴρ παρ' ἡμῶν* a nobis ortus; quod optime interpretatus est Krügerus: nostra eruditione et nostra doctrina instructus; omnino respondet Anglorum *from amongst us*, vid. Arnoldium ad h. l.

Saepissime *παρά* c. gen. e substantivis notionem militum, exercitus continentibus suspensum est, ita ut verbum mittendi vel veniendi suppleri possit, velut *ἱππεῖς παρὰ τοῦ Διονυσίου* Xen. Hell. VII 1, 21, qui idem sunt de quibus § 20 dictum est *καταπλεῖ Λακεδαιμονίοις ἡ παρὰ Διονυσίου βοήθεια* itemque § 28. sunt milites a Dion. missi. Apud Dem. de cor. 73 *ὁ π. Φιλίππου στρατηγός* et in epistola Philippi (Dem. XII 5) *ὁ παρ' ὑμῶν στρατηγός* exstat h. e. dux quem Athenienses ad bellum gerendum dimisere. Sed inde a Polybio quem cum in aliis rebus tum in praepositionum usu magnopere ab Attici sermonis elegantia desciscere omnes sciunt, praepositionem *παρά* cum genetivo substantivorum ita positam reperimus, ut, cum solus genetivus ad sententiam exprimendam sufficeret, praepositio fere superflua sit. Exempla haec sunto. *συνιδεῖν τοὺς παρ' αὐτοῦ στρατιώτας* Pol. III 43. 56. 70. 65. *Κέλτοι ἐξαπέστελλον τοὺς παρ' αὐτῶν ἱππεῖς* II 27. V 23. IV 68. *παρὰ τοῦ βασιλέως οἱ Μακεδόνες* IV 71. 80 bis etc. etc.

Cleomenes *δισχιλίους προεξαθροπλίσας — ἀντίταγμα τοῖς παρ' Ἀντιγόνου λευκάσπισιν* Plut. Cleom. XXIII. *οἱ παρ' ἀμφοτέρων μισθοῦ στρατευόμενοι* Timol. XX.

Quae dicendi ratio optime comparari potest cum Francogallorum locutione de la part de quelqu'un. Disputaverunt de hoc usu Schoemannus ad Plut. Cleom. p. 245 et Heldius ad Plut. Timol. p. 427. Multa praeterea huius neglegentis

dicendi rationis exempla in Polybii scriptis inveniuntur velut ἐν τῇ παρ' αἰτιῶν χώρᾳ III 78. θηρία παρὰ Πτολεμαίου V 84. ὁ παρ' ἡμῶν πατήρ XXII 1. multa recentiorum scriptorum exstant, quorum magnam partem collegit Bernhardyus (Paralip. syntax. gr. p. 10.)

Maximus etiam est numerus substantivorum res a sensibus sevocatas significantium, quae cum παρά et genetivo nullo verbo adiecto coniunguntur, e quibus ea quae notionem dicendi habent, primo loco apponam, quoniam e verbo λέγεσθαι non raro παρά c. gen. suspensum est. Et maxime quidem frequentatum est λόγος quod legitur Herod. VIII 55. Plat. leg. V 738. Menex. extr. Conv. 197. Soph. 265 D. Dem. II 12. IX 47 etc. Arrian. V 18. 10. κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα Eur. frgm. 488, 1. παρὰ Διὸς φῆμαι Pl. leg. I 624. ἀπειλαί Pl. Leg. III 698. Isocr. X 19. τὰς π. τῶν διαβαλλόντων βλασφημίας Dem. XV 2. λοιδορία id. de cor. 11. Isocr. I 25.

Ex eorum substantivorum numero, quae verbis cum παρά coniunctis non respondent saepissime εὔνοια cum παρά componitur ap. Xen. Memor. II 3, 12. Isocr. I 36. V 136. Dem. I 10. II 1, 22. etc. Lyc. in Leocr. 82. Pol. III 98 etc. εὔνοια καὶ φιλανθρωπία Dem. de cor. 3. Reliqua substantiva haec sunt. φιλανθρωπία Iul. Ep. 49 (p. 90) χάρις Dem. XX 43. Lyc. c. L. 139. Iul. Ep. 46. ἔλεος Plut. Mor. 598 C. 905 C. ὁμόνοια Polyb. III 3. εὐεργεσία Isae. VII 11. Dem. f. leg. 55. ὠφέλεια Isocr. VII 55. Dem. XV 32. εὐπορία Isae. XII 3. Isocr. VI 67. εὐτυχία id. I 34. αὐτὸς δὲ πάντα τἀνθρώπινα ὑπερεώρα πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν ξυμβουλίαν cum in eadem paragrapho ἡ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀδοξία scriptum sit. Xen. Memor. I 3, 4. ἐπιμέλεια Hyp. IV frgm. 121, 19. θεράπεια Isocr. VII 55. σωτηρία Lyc. 123. Pol. III 69. τιμή Xen. Memor. I 3, 3. Plat. Conv. 190 C. Isocr. X 35. Dem. f. leg. 226. τιμὴ καὶ φιλανθρωπία id. de cor. 209. ἐν τῇ παρ' Ἀθηναίων δόξῃ καὶ τιμῇ ἦν Ael. Var. Hist. II 10 extr. cf. Schoem. ad Plut. Ag. 9. δόξα Isocr. VIII 78. Plat. Phaedr.

232 A. Republ. X 612. ἔπαινοι Hyper. IV. frgm. 121, 12. Plut. Moral. 32 D. Iul. Ep. 59 p. 119. σοφία Plat. Lach. 200 A. ἀδίκημα Xen. Cyr. V 5, 13. αἰσχύνη Isae. I 39. κατηγορία Hyp. III 21, 5. τιμωρία Xen. Anab. II 6, 14. Lys. XII 88. Isocr. VIII 120. XVIII 3. Lyc. 15. 126. κακὰ παρ' ἀλλοῦ ξένου Soph. O. C. 1450. Sosicr. com. ap. Mein. IV 592. κίνδυνος Lys. IX 7. λήμματα Isocr. XV 152. δέος Lys. XII 66. φόβος Lyc. 130. Din. II 23. ad quem locum cf. Mätznerum. ἐλπίς Plat. leg. VII 817. Dem. IV 43. f. leg. 51. ὀργή Dem. VI 34. Mid. 16. XXXVII 47. ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῶν γνώμης ἔσθ' ὅρκια Arist. Nub. 533 satis spectata est mihi vestra fides atque benevolentia. ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης πέλεται πιστώματα Μούσης Emped. 106 (Mull.) certa Musae nostrae argumenta.

Vides igitur huiusmodi locutiones plerumque apud oratores Atticos, raro apud alios scriptores legi. Sed satis supraque de hisce rebus.

§ 10.

de praepositione παρά cum genetivo e pronominibus et articulo suspensa.

Regitur praepositio aut pronomine indefinito τίς et articulo masculini generis, aut articulo neutri generis, plerumque numeri pluralis. Atque de hoc usu cum latius pateat primum disseramus. Apparet maxime varias significationes inde fieri posse. Dicamus primo de locis ubi verbum dicendi suppleri possit. τὰ παρ' Ἀθηναίων Herod. IX 1 sunt Atheniensium mandata, item IX 5 τὰ π. Μαρδονίου et Thuc. IV 97. VI 46. πρέσβεις ἀπήγγειλαν τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου Thuc. VIII 89. Xen. Anab. II 3, 4; 8. II 3, 24. Cyr. VI 1, 42. VII 5; 49. τὰ παρ' ὑμῶν ἀκούειν Isocr. XV 17. Xen. Cyr. III in. Polyb. III 33. IV 23. τὰ παρὰ σοῦ Eur. I. A. 844. suppl. λεγόμενα, opponuntur enim his verbis λόγους ἐμούς 843. τὰ παρ' ἐμοῦ ἀποδέχου

ὡς παίζοντος Plat. Gorg. 500 B. *τὰ παρά τινος* significare potest ea quae ab aliquo fiunt, velut *τὰ παρ' Ἀθηναίων ὀκοῖόν τι ποιήσουσι* Herod. IX 13. et *τὰ παρ' ὑμῶν προαπαντῆσαι* ea quae praeparastis ad patriam defendendam apud Thucyd. I 69. *τὰ παρ' Ἐγεσταίων ἃ λέγεται ἐκεῖ ἑτοῖμα* ib. VI 22. *εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν* Xen. Memor. I 3, 3. *ἂν τὰ παρ' ὑμῶν ὑγιαίνῃ* Dem. de f. leg. 289. haec est scriptura Σ et Laur. S.; codd. Aug. 1. 2. r. s. Laur. 8 *ὑμῖν*. Aptior videtur esse huius loci sensui scriptura *παρ' ὑμῖν* res vestrae, quam *παρ' ὑμῶν* res gestae a vobis cf. Voemelium ad h. l. — *τὰ παρὰ τῆς τύχης* Isae. IX 15. *τὰ παρὰ τῶν θεῶν* Isocr. VII 30. Plat. Conv. 202 E. *τὰ παρὰ τῶν ἀκουόντων* Dem. fals. leg. 340. sunt studia auditorum: i. e. *τὰ παρ' ὑμῶν μοι ὑπάρχοντα*.

Longe pauciora exempla praepositionis *παρά* e pronomine personali vel ex articulo masculini generis suspensae exstant. haec sunt: *οἱ παρ' ἡμῶν* qui a nostris partibus stant Eur. Phoen. 1189. *τίς παρ' ἡμῶν* Dem. XX 69. de cor. 148. *εἴ' τις παρὰ σφῶν βούλεται* Thuc. V 115. si quis ex ipsorum numero; sed ita dictum ut sententia localis servata sit, profectus ab ipsis vel ut Arnoldus optime interpretatus est, setting out *from among* the Lacedaemonians cf. Thuc. II 41. *ἀνὴρ παρ' ἡμῶν*. Saepissime apud Polybium legimus *οἱ παρ' αὐτῶν* eorum milites; de quo usu cf. Schäf. ad Dion. Hal. de comp. verb. 118.

Ut hanc disputationis partem tandem absolvamus reliquum est de quibusdam locutionibus adverbialiter adhibitis disserere. Eodem modo quo *παρά* cum genetivo pronominis reflexivi ad verba dandi appositum, ‚de suo' ‚suis sumptibus' dare significat, sensu translato *παρ' ἑαυτοῦ* indicat aliquid propria vi, per se, non alienis opibus fieri, velut *ἰχνεύοντες παρ' ἑαυτῶν ἀνευρίσκειν τὴν θεοῦ φύσιν* Pl. Phaedr. 252 E. *αὐτοὶ παρ' αὑτῶν πολλὰ καὶ καλὰ εὑρόντες τε καὶ κατέχοντες*. Theaet. 150 D. *αὐτὸς παρ' ἐμαυτοῦ οὐδὲν ἔχοιμι ἂν εἰπεῖν* Menex. 236. Phaedr. 269 C. *μέγας*

γεγενημένος παρ' αὐτοῦ Dem. II 4. III 28. παρ' αὐτῶν συντιθέασι IX 36. οὐδὲν παρ' αὐτῶν λέγοντες id. XII 18.

παρ' ἑαυτῶν autem non solum propria vi, per se, verum etiam suo impulsu aliquem quid facere significat, velut Plut. Alex. XXXII 1 ὥστε θαυμάζειν ἐπελθόντας ὄρθρου τοὺς ἡγεμόνας καὶ παρ' αὐτῶν ἐξενεγκεῖν παράγγελμα πρῶτον ἀριστοποιεῖσθαι τοὺς στρατιώτας; qua significatione proxime abest ab ἐφ' ἑαυτοῦ cf. Plut. Rom. XXVI 9 neque multum differt ab intellectu locutionis ἀφ' ἑαυτοῦ sua sponte, cf. Heldium ad Plut. Aem. Paul. p. 296.

§. 11.

Quaeritur possitne παρά cum genetivo vice praepositionis παρά cum dativo fungi.

Quibusdam locis παρά c. gen. locum ubi aliquid versatur significare, ergo dativi vice fungi videtur.

At ego viro doctissimo Kvíčalae (Ber. d. Wien. Acad. 1865 Vol. L p. 717 cf. ib. XLIX p. 466) non possum non adstipulari, praepositionem παρά cum genetivo nusquam simpliciter eundem intellectum huius praepositionis cum dativo coniunctae habere contendenti, sed ubicunque hoc factum videatur esse, exeundum esse a notione particulae ‚unde'. Quod valet de loco a Bernhardyo allato ἔγρετο παρὰ Ἥρης O 5 qui explicandus est ex simillimo loco ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς Ἑλένης πάρα, item de loco Pindarico (Pyth. X 62) τυχών κεν ἁρπαλέαν σχέθοι φροντίδα τὰν πὰρ ποδός ubi agitur de cura praesente sive de eo quod concupivit, quodque ei contigit cito raptum cupideque arreptum, interpretante Boeckhio.

Alterum est genus eorum locorum, quorum in codicibus aut incerta aut corrupta est scriptura, velut ἐτυχόμεσθα παρὰ τῶν Καϊστρίων πεδίων Arist. Ach. 68. quae scriptura codicis optimi Ravennatis a metro abhorret. Reliqui codices praebent διὰ τῶν Καϊστρίων πεδίων. Quia omnium codicum consensus genetivum tuetur, minus recte multi editores παρὰ Καΐστριον πεδίον proposuerunt. Qua de caussa

R. Klotzii coniecturam speciosissimam arripiendam esse censeo, qui omissa praepositione *παρά* solum genetivum, notissimo usu ex verbo *ὁδοιπλανοῦντες* pendentem scribendum censuit.

Locus Sophoclis Antig. 966 *παρὰ δὲ Κυανέων σπιλάδων διδύμας ἁλὸς ἀκταὶ Βοσπόριαι* cum corruptus necdum sanatus sit nihil ad hanc quaestionem diiudicandam valet et eiusdem fabulae vs. 1122 editiones quidem multae *ναίων παρ᾽ ὑγρῶν Ἰσμηνοῦ ῥείθρων* exhibent, sed codicis Laurentiani scriptura est *ναίων παρ᾽ ὑγρὸν Ἰσμηνοῦ ῥέεθρον*, quam Boeckhius et M. Seyffertus, utpote rhythmi elegantia commendatam retinuerunt. Quod si minus probatur, facillima et optima Kvicalae coniectura exstat *ναίων παρ᾽ ὑγρῶν Ἰσμηνὸν ῥεέθρων*, collato loco Eur. Iph. T. 133. *χόρτων εὐδένδρων ἐξαλλάξασ᾽ Εὐρώπαν.*

CAPUT SECUNDUM.

De praepositione παρά cum dativo coniuncta.

Quod iam supra docuimus, casus linguae graecae non unam eandemque primariam notionem habere, sed usum eorum e compluribus casibus confluxisse, idem de dativo valet, qui dativi genuini, instrumentalis, locativi vice fungitur. Apparet dativum cum *παρά* dictum locativi locum habere atque immotam mansionem — ut ita dicam — iuxta personam aliquam vel rem indicare; sive verbum movendi significatione praeditum praecessit sive non praecessit, quapropter *παρά* cum dativo, si ad artis logicae leges vel ad nostram dicendi rationem Graecorum consuetudinem referimus, nonnumquam pro *παρά* cum accusativo positum videtur esse, de qua re infra videbimus.

Substantivum cum *παρά* coniunctum aut animal aut rem inanimam significare potest; quem usum cum nonnulli grammatici a prosa oratione alienum esse censuerint operae pretium erit agere

§. 12.

de praepositione παρά cum dativo rei coniuncta.

Ac primum quidem multa eiusmodi exempla apud poetas legi notissimum est. Nam in Homericis carminibus cum ducenties et quinquies παρά cum dativo compositum sit, centies undetricies cum substantivo rem inanimam, septuagies sexies personam significanti dictum est, quod ad artis arithmeticae regulas redactum efficit fere 5 ad 3; atque ex recentioribus epicis apud Apollonium Rhod. usus παρά cum dativis rerum ad usum cum dativis animalium ut 15 ad 2; apud Callimachum ut 3 ad 1; apud Musaeum ut 3 ad —; apud Coluthum ut 4 ad 1; apud Nonnum ut 6 ad 1 (149: 24); denique apud Quint. Smyrnaeum ut 10 ad 1 (62 : 6). — A quo usu non multum differt lyricorum dicendi ratio, Pindarus enim duodetriginta locis παρά cum rebus, viginti locis cum personis composuit. — Tragici et in diverbiis et in canticis choricis praepositionem cum dativis rerum usurparunt, sed ita ut e diverbiis magis magisque exterminari solisque canticis hunc usum relinqui videamus; cum comici poetae in diverbiis quidem nullum eiusmodi exemplum exhibeant, quippe qui sermonem quotidianum, a quo haec dicendi ratio abhorruisse videtur, fidelissime repraesentent. Aeschylus, epicae dictionis tenacissimus, sex locis, e quibus quinque in diverbiis sunt, παρά cum rebus, quattuor locis cum personis composuit, itemque apud Sophoclem dialogi sex, carminum duo exempla praepositionis cum dativis rerum inanimarum coniunctae legimus.

Contra Euripides quamvis undetriginta huiusmodi locos praebeat, octies tantum in diverbiis epicum usum retinuit, et numerus locorum ubi παρά cum dativis personarum exstat — duodequinquaginta enim sunt — longe illum superat. Aristophanes quidem semel (Ran. 1309) παρά cum

dativo rei composuit, sed haec verba Aeschylo tribuuntur, cui haec dictio egregrie convenit.

Scriptores pedestris orationis ut praepositionem *παρά* non usurparunt nisi cum genetivo animalium, paucissimis locis exceptis, ita fere numquam cum dativo rem inanimam significanti coniunxerunt, etsi antiquiores scriptores nonnulla exempla poetici illius usus praebent; plura Herodotus, quod mirum non est, quippe cuius dicendi ratio multifariam epicam speciem prae se ferat, apud quem quinquies liberiorem usum reperimus IV 15 *ἕστηκεν ἀνδριὰς παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι* ib. 53 *ῥέει καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι* sc. *ποταμοῖσι.* ib. 90 *ἐξ Ἡραίου πόλιος τῆς παρὰ Περίνθῳ* ibid. *θάλασσαν τὴν παρ' Αἴνῳ πόλι* denique VI 69 m. *ἐκ τοῦ ἡρωίου τοῦ παρὰ τῇσι θύρῃσι.* Apud Thucydidem haec repperi II 43 *ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται* ubi cum Classenio haud dubium mihi videtur esse quin verba *παρὰ τῷ ἐντυχόντι* coniungenda sint cum *καιρῷ*; quam ob rem viro doctissimo C. G. Krügero cuius interpretatio nimis contorta et artificiosa est, non possum assentiri.

Sed vix Thucydidem *ἐπειδὴ γένοιντο παρὰ τῷ ποταμῷ* VII 80, 3 scripsisse putaverim, quamquam codicum A.D.E.F.G (Bekkeri) haec est scriptura; tamen cum h. l. *παρά* ex praepositione statim sequenti irrepsisse coniici possit et bonus codex *ἐπὶ* praebeat — quae scriptura sententiae magis convenit — cum Bekkero Krügero aliis *ἐπί* in textu reponendum esse censuerim. Neque quae II 89, 7 leguntur *εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες* probo, sed verba *παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες* coniectura speciosa lectoris cuiusdam Homeri studiosi illata esse mihi cum Classenio (ed. Thuc. II p. 189) convenit. Locus quartus I 82, 2 *δίκας ἤθελον δοῦναι παρὰ πόλεσιν, αἷς ἂν—ξυμβῶσι* ita ut loci Isaei I 25 *γραμματεῖον παρὰ τῇ ἀρχῇ κείμενον* et Dem. XXXV 47 *ποῦ χρὴ λαβεῖν δίκην; παρὰ ποίᾳ ἀρχῇ* et de l. leg. 70: *παρ' ἐκείνῃ* (sc. *βουλῇ*), de cor. 294; Lycurgi in L. 133 *οὐδεμία πόλις — παρ' αὑτῇ μετοικεῖν* huc pertinere

magis videantur quam pertinent, utpote in quibus personarum notio maxime perspicua sit.

Tamen non omnino Atticos scriptores a coniunctione praepositionis *παρά* cum dativo rerum abhorruisse nonnulla exempla Platonis, singula Xenophontis Andocidis Demosthenis docent. Nam Xen. Anab. VI 2, 2 *ὡρμίσαντο παρὰ τῇ Ἀχερουσιάδι Χερρονήσῳ* scripsit, omnibus codicibus consentientibus, cum verbum *ὁρμίζεσθαι* cum *εἰς ἐπί ἐν* dici soleat.

Apud Platonem haec exstant: *αἱ δόξαι ψευδεῖς τε καὶ ἀληθεῖς αὐταὶ γιγνόμεναι τὰς λύπας τε καὶ ἡδονὰς ἅμα τοῦ παρ' αὐταῖς παθήματος ἀνεπίμπλασαν* Phileb. 42 A., *εὐδοκιμεῖν μὲν γὰρ ἔστι παρὰ ταῖς ψυχαῖς* Protag. 337 B., *παρὰ τοῖς πράγμασιν οἴεταί σου εἶναι ἡ ψυχή* Io. 535. Andocidis locus exstat in oratione I §. 116 *ἡ στήλη παρ' ἣ ἕστηκας* et Demosthenis *τοὺς παρὰ τούτῳ* (sc. *Παλλαδίῳ*) *νόμους παραβαίνειν* XXIII 71.

Vides igitur perexiguum esse numerum exemplorum, tamen tot ad nos pervenisse ut omnino negare praepositionem *παρά* cum dativo rerum inanimarum coniunctam apud Atticos exstare non possimus.

Quibus expositis

§. 13.

de praepositione *παρά* cum dativo e verbis pendente

disserere placet atque primo loco

A. de usu locali.

Παρά cum dativo proprie locum iuxta quem quid est vel fit significat, sed ita est ut non praeter locum porrigatur. Verum iam antiquissimis temporibus propria et primaria significatio ‚iuxta' in eam quae latius patet ‚apud' abiit.

In Homeri carminibus *παρά* cum dativo sola notione locali adhibitum est, quod idem de *παρά* cum genetivo dicto

valere vidimus; et longe quidem numerus locorum ubi *παρά* cum dativo dictum est, numerum exemplorum ubi genetivus vel accusativus positus est superat. Nam cum genetivo coniunctae praepositionis exempla 64 reperiuntur, cum accusativo 120, cum dativo circ. 210. Quod si ad artis arithmeticae leges exprimere volumus efficitur usus *παρά* cum dativo ad usum praepositionis cum accusativo ut $1^3/_4$ ad 1; usus *παρά* cum dativo ad usum praepositionis cum genetivo ut $3^1/_2$ ad 1. In hymnis homericis haec ratio paullulum differt, nam usus cum dativo ad usum cum accusativo ut 2 ad 1; usus dativi ad usum genetivi ut 18 ad 7, quod proxime abest a 2 ad 1. Nonagies praepositio cum substantivo *νηῦς* apud Homerum coniuncta est, quod paene dimidium omnium locorum ubi *παρά* cum dativo legitur, efficit; et saepissime quidem *παρὰ νηυσί, νηΐ μένειν* (idem apud Apoll. Rhod. A 319) *μίμνειν* (idem apud Quint. Smyrn. III 744. IV 105 etc. Nonnum II.167. III 362 etc.) *μάχεσθαι* et similia legimus.

Verba e quibus *παρά* cum dativo ita suspensum est, ut personam vel locum indicet, ubi id fit quod verbi notione significatur, haec fere sunt: *μένειν* apud Homerum e. g. *μάχεσθε παρ᾽ ἀλλήλοισι μένοντες ε* 227 etc. etc. quam locutionem imitatus est Tyrtaeus X 15. XI 11; Hym. Hom. V 374. Pind. Pyth. IV 86. Hippon. frgm. 32; *νοῦσε βαρεῖα, τί δὴ ψυχαῖσι μεγαίρεις ἀνθρώπων ἐρατῇ παρ νεότητι μένειν* Simon. 115; *δούλῃ μενῶ παρ᾽ αὐτῷ* Anacreontic. XIV 20, unde maxima vis verborum compositorum formata est velut *παράμονος παραμόνιμος παραμονή* etc. Verbum reduplicatum e *μένω* ductum *μίμνω* cum *παρά* coniunctum est *N* 746 *O* 367 etc. Hes. Op. 520. Hym. Hom. I 5. *μιμνάζειν B* 392 *K* 549 etc. A significatione verbi *μένειν* prope abest *δηθύνειν* a poetis usurpatum et rarissime quidem. *μ* 121 Coluth. 338. — *εἶναι. ἔμεναι παρ᾽ ἔργῳ φ* 239. 385 etc. Plat. Phaedr. 243 E. *κεῖσθαι παρὰ νήεσσι Λ* 386 *Σ* 338 *Ω* 408. 412. etc. Soph. O. C. 972. Eur. H. F. 145 etc. *κατακείμενος παρὰ τῇ γυναικί* Lys. I 24. *παρὰ τῷ καλλίστῳ* Pl. Conv. 213. 223.

ἧσθαι παρὰ νηυσί Α 415 Σ 104 etc. παρ' Ἕκτορος τάφῳ Qu. Smyrn. X 386. παρ' ἐσχάρῃ Apoll. Rh. B 309. Aeschyl. frgm. 352, 3. Herod. VII 150 etc. etc. καθήμενος παρ' ἑστίᾳ de ignavo dictum a Pind. frgm. 58. παρὰ Διὶ ἑδριόωνται Hes. Th. 388. παρὰ Πλούτωνι παρεδρεύειν Isocr. IX 15. στῆναι Μ 199 Θ 565 Ζ 43 etc., nonnumquam verbo eundi addito, quibus in exemplis quin dativus a standi verba pendeat dubium esse non potest velut Η 46, Μ 353 Ρ 707. ναίειν Hes. Theog. 932. Hymn. Hom. IV 227. Pind. Pyth. XII 26 etc. ναιετάειν Hymn. Hom. V 397. 447. 485. νέμεσθαι Pind. Nem. X 18. Ol. II 66. Hym. Hom. V 400. χθόνα παρ' Αἰθίοψιν ἀστυγειτονουμένας Aesch. Suppl. 273. οἰκεῖν μετοικεῖν saepius apud oratores Atticos cum παρά dictum legimus vélut Lys. XXXI 9. Isocr. XVI 47. XIX 23. Lyc. 133. διαιτᾶσθαι. δίαιταν ἔχειν παρὰ τῇσι γυναιξί Herod. I 136. et τὴν δίαιταν ἐποιήσατο τῶν παιδίων παρὰ ταύτῃσι τῇσι γυναιξί id. II 3. διατρίβειν. διανυκτερεύειν Xen. Hell. V 4, 3 cf. παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς Theocr. XI 44. καταλύειν Plat. Prot. 311 A. Gorg. 447 B. Parm. 127. Dem. de cor. 82. Plut. conv. VII sap. p. 146 C.; cum a Thucydide I 136, 2. καταλύειν παρά τινα scriptum sit, quod idem de verbo κατάγεσθαι dicendum est ab Eupolide (II 1, 569 Meinek.) cum dativo composito: παρὰ τηδεδὶ σὺ τῇ σοβάδι καταγάγου, cum apud ceteros scriptores cum praepositione εἰς vel ὡς coniungatur. Deinde plura verba serviendi apud aliquem cum παρά dicuntur: θητεύειν λ 490. Eur. Alc. 7. Herod. VIII 137. Isocr. XI 38. Plat. resp. II 359. δουλεύειν Dem. de cor. 129. δημιουργεῖν Pl. resp. III 401. διακονεῖν παρὰ τῷ δεσπότῃ Posidipp. (ap. Mein. IV 514) νομεύειν Hymn. Hom. XIX 33. Nonn. Dion. XV 207. μῆλα νέμειν Apoll. Rh. B 501. denique ᾧ πάρα βουκολέεσκες Quint. Sm. III 111. Verba epulandi et potandi velut δαίνυσθαι θ 243. κ 8. 61. η 203. Pind. Nem. I 72 etc. θοινᾶσθαι Eur. Alc. 542. δορπεῖν ο 302. καταφαγεῖν Eubul. (ap. Mein. III 247) δειπνεῖν Hymn. Hom. II 319 cf. ι 86 κ 57. Antiph. I 18. Antiphan. (ap. Mein. III 122) Me-

nand. (ib. IV 162) *πίνειν P* 249. Hes. Theog. 1041 etc. Ar. Vesp. 1197. Xen. Cyr. V 2, 28 etc.

Verba cubandi, quiescendi, dormiendi apud aliquem vel locum vel hominem velut *παρὰ νηυσὶν εὕδειν K* 1 *παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης εὐνάζεσθαι δ* 449. Nonn. Dion. XLVIII 515. *λεξαίμην παρὰ νηΐ γ* 365 cf. Nonn. Dion. XIII 349. *παρὰ κήτει κοιμᾶσθαι δ* 443. Call. Ep. 63. *κατακοιμᾶσθαι παρὰ Τρώων ἀλόχῳ* et sim. *B* 355 *Z* 246. 250. *εὕδουσι παρ' ἀλόχοισι κ* 11. *θ* 337. 342. *κεῖτο παρ' ἀλόχῳ I* 556. *θεαῖς ἀγάασθε παρ' ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι ε* 119. Hes. Theog. 967. 1018. *παρὰ μνησιῆρσιν ἴαυον χ* 464. *παρὰ τῷ—παρκατέλεκτο* I 666 *ψ* 219, quales locutiones saepe apud Aristophanem inveniuntur velut Thesm. 479. Eccles. 628. 701 etc. Her. III 68. *νεοτέροις πάρα νυμφοκομήσει* Eur. Med. 985. cf. 1337. *Δί τε μισγομένην ἢ Διὸς παρ' ἀδελφεοῖσιν* Pind. Isth. VII 35.

Singularis est usus verbi *μισθοφορεῖν*, quippe quod etiam cum genetivo constructum sit ita ut significet: militare de la part de quelqu'un; cum dativo dictum personam apud quam militatur indicat. Usurpatum est ab Aristophane Ach. 604; Xen. Hell. VI 1, 5. Cyr. III 2. 25 etc. Dem. XIV 31. XXIII 149 etc. Polyb. I 7. 34 etc. *στρατοπεδεύεσθαι* Xen. An. I 3, 7. *στρατεύεσθαι* Pol. V 68. *στρατηγεῖν* Xen. An. II 6, 28.

Accedunt verba quaedam forensia: *εἰς κρίσιν τινὰ καθιστάναι παρ' ὑμῖν* aliquem in ius vocare Dem. de cor. 13. *σὲ γράψεται παρὰ τοῖς δικασταῖς κακώσεως* Alciphr. I 6. *γραφαὶ παρ' ὑμῖν γίγνονται* Isocr. IV 113. *δίκην εἵλομεν παρ' ὑμῖν* Isae. III 4. 7. Din. I 49. *ἤν τις ὄφλῃ παρὰ τοῖς ἄρχουσι δίκην τῳ* Ar. Eccl. 655 ubi localis notio proxime abest a caussali; sententia enim est, si quis multam alicui debet damnatus a magistratibus; quod idem valet de loco Lysiae XXIII 3 *δίκας ὀφλισκάνειν παρὰ τῷ πολεμάρχῳ* et de loco Dinarchi I 60 *ἀποφεύγειν παρὰ τούτοις*. itemque de Lyc. c. L. 54 *ἃ κατέγνωσται παρὰ τῷ συνεδρίῳ*. Denique *δίκας ἤθελον δοῦναι παρὰ πόλεσιν* Thuc. I 28, 2. *ἡγω-*

νίσατο παρ' ἐμοί h. e. *ἐμοῦ δικάζοντος* Liban. de salt. Tom. III p. 362 cf. Bastium ad Aristaen. p. 240. Sequantur quaedam locutiones, in quibus *παρά* ad verba loquendi appositum personas indicat *apud* quas verba fiunt. *παρ' ἐμοὶ κατὰ σοῦ λέξουσι μάταια καὶ παρά σοι κατ' ἐμοῦ* Theogn. 1239. 40. cf. Pseudophocyl. 226. Theogn. 625. *λόγον παρ' ὑμῖν ποιήσω* Dem. VI 32. *παρ' ὄχλῳ λέγειν* Eur. Hipp. 989. *παρ' ὄχλῳ γηρύσει* ib. 213. *λέγειν παρ' ὑμῖν* Din. II 2. Dem. V 4. VIII 64 etc. *δημηγορεῖν* Dem. XXIII 13.

Cum his coniungimus ea verba quibus significatur actorum aut publicorum aut privatorum exemplar, pignora, tabulas, litteras apud aliquem deposita esse; quales locutiones plerumque apud oratores invenimus. *παρά σοι παρακαταθήκας κατέθετο* Lys. XXXII 16. *διαθήκην* Isac. VI 7. 27. VII 1. *συνθήκας ποιησάμενος καὶ θέμενος* Lyc. c. Leocr. 23. *ἀντίγραφα κατεθέμεθα* Dem. XLI 21. XLIII 7. XLVIII 11. Ad quarum locutionum exemplar dictum est quod legimus apud Xen. (An. II 5, 8) *παρ' οἷς* sc. *θεοῖς ἡμεῖς τὴν φιλίαν συνθέμενοι κατεθέμεθα.*

Localem intellectum *παρά* cum dativo in hisce locutionibus retinuit, quas quia dativi loco etiam accusativus poni potest, dignas esse putavi quas afferrem. *παρὰ κρητῆρι φίλοι γίγνονται* Theogn. 643. 493. 981. *κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων νεικέα λέγειν* Anacreontic. XCIV 1. Apoll. Rh. 158. Nonn. Dion. XIII 15. *Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ μελετῶμεν* Anacreontic. LXIV 10. Soph. O. R. 780. *παρὰ δαιτὶ εὐχετάασθαι* Qu. Sm. II 148. *παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ τερπνῶς ἐψιόωνται* Apoll. Rh. A 458 cf. Q. Smyrn. XIII 384. *αὐλοὶ κιθάραι τε παρ' εἰλαπίνῃσι πέλοντο* id. V 66. IV 134. *παρὰ δείπνοις καὶ ἐπὶ εἰλαπίναις* Eur. Med. 194. Aesch. Choeph. 479. *παρὰ τῇ κύλικι καὶ τραπέζῃ* Plut. Mor. 124 B. Saepius quidem *παρά* cum accusativo in his locutionibus positum est, quod ex usu temporali explicandum videtur esse; nam *παρὰ πόσιν* est per convivii tempus, durante convivio.

Παρά cum dativo pronominis personalis vel nominis

proprii coniunctum saepius locum (aedes, terram) ubi aliquis est, indicat, qui usus omnino Francogallorum particulae *chez* respondet. *παρ' αὑτοῖς εἶναι* Lys. XII 33 être chez soi. *παρ' αὑτῷ γράφειν ἐπιστολήν* Dinarch. I 35. *παρ' ἐμὶν ἐτίθει ὄλπαν* Theocr. II 156 apud me deponebat ampullam; ubi scholiasta haec habet: *καὶ εἰς τὸν οἰκόν μου πολλάκις ἐτίθει τὴν λήκυθον. διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν* id. XI 7. in hac nostra terra cf. schol., *παρὰ Λοξίᾳ* in templo L. Eur. Io 189. *τὠργύριον πὰρ τᾷ σιῷ* Ar. Lys. 174 cf. Thuc. V 23, 5. *παρ' Ἥρῃ δαίνυσθαι* Epigr. Nicenacti apud Athen. XV 673 B. cf. Jacobsium in Anth. Gr. (Lips. 1817) Tom III 905 et Kuinoelium in Fisch. animadv. ad Vell. gr. graec. III 2. 267.

Localem significationem quodammodo retinet, sed ita ut iam in sensum translatum abeat, ubi de institutis vel condicionibus in civitate valentibus agitur, cuius generis locutiones apud oratores maxime exstant. *πολιτείαν κατασησάμενοι* Isocr. IV 106. XII 54. *δημοκρατίαν* Isocr. XII 153. *παρρησία παρ' ὑμῖν ἐστιν.* Dem. III 32. *δημοκρατία παρ' ἡμῖν* Isocr. VI 48. XII 153 etc. *παρ' ἡμῖν ὁ δῆμος κύριος* Dem. XX 107. 111. *οὐδεὶς παρ' ἡμῖν ἀτελής* ib. 131. *νόμος ἐστὶ παρὰ σφίσι.* Her. V 88. *νόμος κεῖται* Isocr. VII 39. XII 193 etc. *παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰθισμένον* Xen. Resp. Lac. VI 4. *παρ' αὐτοῖς νόμιμον* Plat. leg. VIII 841.

Quibus expositis transeamus necesse est ad

B. alteram partem

in qua de eo usu praepositionis *παρά* cum dativo coniunctae disserendum est, ubi non ad locum pertinet, sed rebus quae ad animum spectant significandis inservit; quem usum posthomericum esse iam supra diximus.

Et primum quidem eodem fere modo quo latino *apud* *παρά* praepositione cum dativo coniuncta is significatur, *apud* quem quis vel auctoritatem vel gratiam habet, quorum verborum numerus permagnus est et saepissime quidem inde ab Herodoto cum *παρά* legitur *εὐδοκιμεῖν* velut

Her. VI 132. VIII 87. 88. IX 20. Xen. Conv. V 1. Cyr. VIII 4, 23. Plat. Euthyd. 305 etc. Lys. XXV 24. Isocr. I 12. 36 etc. Lyc. c. L. 107. 110. Hyp. IV 28, 1. εὐδοκιμεῖν τὸν οἶνον παρὰ ταῖς ἑταίραις Eubul. com. (Mein. III 263) Alexis (ibid. p. 512) δόκιμον εἶναι Her. VII 117. IX 41. δόξαν ἔχειν Isocr. IX 29. XII 165 etc. ἔνδοξον εἶναι Dinarch. I 73. 75 et significatione opposita ἄδοξοι ὄντες Xen. Cyr. VII 5, 61.

Pacne eodem modo verbum δύνασθαι frequentatum est, vel per se positum vel adverbio adposito velut μέγα, μέγιστον similibus. Herod. VII 5. VIII 29. Thuc. I 33, 3. II 29, 1. VI 59. Xen. Hell. III 1, 10. Isocr. XVIII 41. Plat. Gorg. 510 E etc. etc. μέγα γὰρ δύναται πότνι' Ἐρινὺς παρά τ' ἀθανάτοις τοῖς τ' ὑπὸ γαῖαν Aesch. Eum. 938. δύναται παρ' ὑμῖν μεγαλῆ Anaxand. com. (Mein. III 181) δυνατώτατον εἶναι Polyb. II 17.

Addo ex ingenti exemplorum similium numero haec: πρωτεύειν Xen. Cyr. VIII 3, 26. 27 et πρῶτον εἶναι Her. I 115 in. ἰσχύειν Thuc. XIII 47. Isocr. VII 61. Lyc. c. L. 150. Hyp. IV 8. 7. Aeschin. II 2. Dem. XX 147 etc. κρατιστεύειν Xen. Cyr. VIII 4, 5. Localis notio servata est: μέγας πὰρ Διὸς θρόνοις Aesch. Eum. 228. verum ad animum translatum est quod legimus apud Herodotum VI 30 μέγας γίγνεται, idemque Thuc. I 138, 2. Xen. Hell. VII 1, 44. παρά τινι μέγας ἐστί Plut. 914 A 926 E. τηλικοῦτον εἶναι ὥστε Demosth. III 13. ἐλάττων εἰμὶ παρ' ὑμῖν minus valeo Dem. VIII 71. ἐτιμήθη παρὰ Ξέρξῃ Herod. VIII 105 f. Dem. f. leg. 223 etc. et intellectu opposito ἠτιμωμένος Isocr. XVI 47 et ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι Xen. Mem. I 2. 51. τίμιον εἶναι Her. VIII 105. Plat. Conv. 209. φερόμενον οὐ τὰ δεύτερα τῶν εὐνοίχων παρὰ βασιλέϊ Her. VIII 104. φέρεσθαι ἐν προτιμήσει παρὰ τῷ βασιλεῖ Diod. exc. p. 628 S. ἐν μοίρᾳ μείζονι εἶναι Pl. Crit. 51. σεμνὴ καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις Eur. Iph. T. 1492 cf. Dem. XXIV 95.

Sequantur verba quaedam versandi vel commorandi

significatione inter se coniuncta. *ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται* Thuc. II 43, 3 atque ibidem *ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται.* Etiam de affectibus qui *in* hominibus insunt *παρά* dicitur velut *τὸ παρ' ὑμῖν πάθος παρόν* Eur. Hipp. 678. *παρ' ὑμῖν ἦν φόβος* ib. 1204. *οὐδέ τις αἰδώς ἐστι παρ' ἀνθρώποισι* Quint. Sm. XIV 433. *ὀργὴ γίγνεται παρ' ὑμῖν.* Dem. VIII 57 cf. de fals. leg. 289. *κακόνοιαν ἀφανῆ ἔχειν παρ' ἑαυτῷ* id. Mid. 55. *λέγεται τόδε — τὰν δὲ πίστιν σμικρὰν παρ' ἐμοὶ γ' ἔχει* Eur. El. 738. Plut. 737 A. *κυλινδεῖται πανταχοῦ πᾶς λόγος παρὰ τοῖς ἐπαΐουσιν* Pl. Phaedr. 275.

Cum id quod apud aliquem est in eius potestate esse cogitari possit — eadem ratione qua Latini particula *penes* usi sunt, nos praepositionem *bei* usurpamus — „*παρά* a consortio loci transfertur ad potestatem cum faciendi tum iudicandi“ (Ellendt Lex. Soph. s. *παρά*), cuius usus pauca tantum exempla inveniuntur. Certissima haec sunt: *παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων* Aesch. Prom. 188. *τό γ' εὐσεβὲς μόνον παρ' ὑμῖν εὗρον* Soph. Oed. Col. 1128.[7] *παρὰ τοῖς θεοῖς δίκη ἐστίν* Ar. Nub. 904. Av. 603. *παρὰ τῷ θεῷ ἐστιν ἡ ἀκριβεστάτη δεσποτεία καὶ — ἐπιστήμη* Plat. Parm. 134. *κρατεῖ δ' εἷς τὸν νόμον κεκτημένος αὐτὸς παρ' αὑτῷ* Eur. Suppl. 432. *τούτων ἐστὶ τὸ τέλος παρ' ὑμῖν* Andoc. III 41. *ἐμπειρία παρ' ἐμοί* Dem. de cor. 277. *εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἄμφω τὼ λόγω* Arist. Nub. 112. *ἡ βάσανος δεινὴ παρὰ τοῖς εἰδόσιν* Andoc. I 30. *παρὰ τούτοις ἐστὶ καὶ τὸ δύνασθαι βλάπτειν τὴν πόλιν, οὐ παρά* etc. Hyp. II 12, 25. *παρ' οἷς ἐστι καὶ τὸ γράφειν τὰ ψηφίσματα* ib. II 2, 25. Denique duos locos Sophocleos adiiciam, quorum alter in Phil. 139 exstat *παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.* alter in Oed. R. 382 *ὅσος παρ' ὑμῖν ὁ φθόνος φυλάσσεται.* Neque aliena videtur esse ab hoc usu locutio *παρ' ἑαυτῷ*

---

7) cf. der hat allein die tugenden *bei* sich. Weckherlin 428 (Grimm. Lex. germ. I p. 1350.)

γενέσθαι, Plutarcho ut videtur, propria, quae significat ex perturbatione ad se redire, sui compotem fieri.

Non solum facultati faciendi, verum etiam iudicandi significandae παρά cum dativo coniunctum inservit, quapropter ad verba iudicandi putandi reputandi adpositum est eadem ratione qua etiam nos praepositione *bei* utimur cum dicimus *bei sich denken, bei sich überlegen.* cuius usus tanta vis exemplorum est ut omnia adscribere nihil attineat. Rarius quidem, nonnumquam tamen verbum omissum est velut in loco Pindari (Pyth. II 72) καλός τοι πίθων, παρὰ παισὶν ἀεὶ καλός quae verba cum Bosslero (de praep. usu ap. Pind.) significare putaverim: ex iudicio puerorum, ex ratione iudicandi quae apud pueros est. Item omissum est verbum in Eur. Bacch. 401 μαινομένων οἵδε τρόποι — παρ' ἔμοιγε φωτῶν meo quidem iudicio. Maximopere placuisse haec dicendi ratio Euripidi videtur, apud quem septem eiusmodi loci exstant: παρ' ἡμῖν οὐ σοφὸν τόδε, ἐχθροὺς λαβόντα μὴ ἀποτίσασθαι δίκην Heracl. 881 ib. 370. El. 1015. Hec. 1247. Iph. A. 968 frgm. 87. 956. Pauca eiusmodi exempla etiam apud Herodotum leguntur. ἀνὴρ παρ' ἡμῖν σοφώτατος γενόμενος VII 235 in. et οὗτος παρ' ἐμοὶ τὴ ὄνομα τοῦτο δίκαιός ἐστι φέρεσθαι id. I 32.

Sed longe saepissime verbum iudicandi additum est velut παρὰ Δαρείῳ κριτῇ Herod. III 160. παρ' ἐμοὶ κριτῇ Iul. Ep. I in. (cf. Ep. XXIV fin., ὑπό σοι κριτῇ) ἐκράτησέ σου καὶ ταῦτα παρὰ Τρωσὶ δικασιαῖς id. ep. XXIV. Verba in huiusmodi locutionibus usurpata sunt haec. δοκεῖν. δοκεῖς παρ' ἡμῖν οὐ βεβουλεῦσθαι κακῶς Soph. Trach. 586. Eur. Med. 763. Lys. VI 44. XXVI 19. Hyp. II 7. 12. Dinarch. I 105. Dem. XX 164. κρίνειν Plat. Theaet. 170 D. Lys. VI 54. Din. I 3. 94. II 22. Dem. XX 88. οἴεσθαι Dem. XLI 29. τῷ λογισμῷ πάντα παρ' ἑαυτῷ σκοπῶν Philem. com. (Mein. IV 34.)

Ab his non magno intervallo distant exhortationes oratorum quales sunt σκέψασθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς Lys. I 42. Dem. fals. l. 4. XXIV 167. λογίσασθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς

Dem. Mid. cap. 21. XXII 22 etc. *διαλογίζεσθε* Lyc. c. Leocr. 32 (cf. *συνελογίσατο παρ' αὑτῷ* Polyb. III 98.) *ἐνθυμεῖσθε* Dem. Mid. 53. *σκοπεῖτε* id. de f. leg. 29. 32. Quoniam *παρά* cum dativo compositum ex multis passivis verborum de quibus modo disputavimus pendet hoc loco aptissime

§. 14.

de *παρά* cum dativo e verbis passivis suspenso

dicemus. Et saepissime quidem cum passivis verbis iudicandi *παρά* coniungitur: *ὁ δὲ ποιητὴς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισται* Ar. Vesp. 1049. Lysistr. 10. *παρ' Αἰγυπτίοισι Πὰν ἀρχαιότατος θεὸς εἶναι νομίζεται* Her. II 145 in. Xen. Mem. I 6. 13. Ages. V 6. Dinarch. I 66. 84. Dem. II 3. de coron. 181. XXIX 26. XLIII 22. Polyb. IV 17. *πιστεύεται* Dem. XXI 1. XXVIII 5 etc. Polyb. III 9. *κέκριται* Herod. VII 16, 1. Dem. XXII 66. XXIV 173. Lyc. c. Leocr. 110. Theocr. VI 37. *παρ' ἐχθροῖς εὐσεβέστατος κριθείς* Lycophr. Cass. 1270. *δοξάζεται παρά τισιν οὕτως ὡς λέγων τι χρήσιμον* Dionys. com. (Mein. II 548) *ταῦτα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα ἀλλ'* etc. Lys. I 2. Dem. Mid. cap. 12. XXIX 2. De quo usu explicando haec addam. Quo modo praepositio *παρά* cum genetivo e passivis pendens numquam vice praepositionis *ὑπό* cum genetivo fungitur, eodem modo cum dativo coniuncta et ad passiva adposita localem vim servat, siquidem locus indicatur ubi id quod verbo expressum est fit. Nam si legimus apud Dinarchum (III 22) *ἐπαινεῖσθαι παρὰ πᾶσιν* haec verba non significant: laudari ab omnibus, sed laudari apud omnes, h. e. personae laudantes sunt quasi locus ubi actio laudandi fit. Vides etiam artissime hanc dicendi rationem cum ea qua cum verbis iudicandi coniunctum est *παρά*, cohaerere. Apparet autem, fere semper arbitrio scriptoris permissum esse, utrum praepositionem cum genetivo an cum dativo ex

passivis suspensam faciat, quoniam hoc in ratione cogitandi positum est; quapropter ὁμολογεῖσθαι saepe cum genetivo, nonnumquam etiam cum dativo coniungitur velut a Xenoph. Cyr. I 3. 18. Isocr. XII 260. Lyc. c. Leocr. 12. Dem. VII 18, 19. XLIV 56 etc. Polyb. III 30 etc. quod idem cadit in verbum λέγεσθαι. Plat. Tim. 22. 23. leg. I 624. Dem. VIII 4. ἃ δὴ κατέγνωσται μὲν παρὰ τῷ δικαιοτάτῳ συνεδρίῳ, κατεψήφισται δὲ ὑφ' ὑμῶν τῶν δικάζειν λαχόντων, ὁμολογεῖται δὲ παρὰ τῷ δήμῳ — τούτοις ὑμεῖς ἐναντία ψηφιεῖσθε Lyc. c. Leocr. 54.

Sed artissimis finibus usus praepositionis cum dativo e passivis pendentis circumscriptus est, neque reperitur nisi apud perpauca verba iudicandi et dicendi. Ex Atticorum scriptis afferri possunt haec exempla: τιμῶμαι παρὰ θεοῖς etc. Xen. Mem. II 1. 32 ad exemplar locutionum τίμιον εἶναι, δόξαν ἔχειν simil. dictum; item ἠτιμωμένος Isocr. XVI 47. παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαπᾶσθαι ib. IV 46. XI 6 bis. Plut. 959 C.

Recentiorum scriptorum haec sunt exempla. ἐλεεῖσθαι παρὰ πᾶσιν Alciphr. I 35, 2. μεμίσησαι παρ' ἡμῖν id. I 32, 3. apud Polybium saepissime e verbis nominandi, appellandi παρά pendet velut παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις ὁ ποταμὸς προσαγορεύεται Βόδεγκος II 16 s. f. ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς λεγόμενος (κληθείς, προσαγορευόμενος) πόλεμος I 65. 82. II 13 bis. 37. III 6 etc. etc. ὀμφαλὸς θοίνας καλεῖται παρά γ' ἐμὶν καὶ τίν Philox. II 20 p. 1255 apud Bergk. ed. III. παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμάζεσθαι Plut. Mor. 226 A.

§. 15.

De praepositione παρά cum dativo e verbis, quibuscum παρά cum genetivo coniungi solet, pendente.

Ex eadem ratione qua et genetivus et dativus cum παρά verbis passivis adiungi potest, nonnumquam sed rarissime factum est ut ad verbum, usitato more cum παρά

et genetivo dictum dativus poneretur, velut ad verbum *τυγχάνειν, λαμβάνειν*. Neque enim locus unde aliquid exeat, sed ubi sit indicatur. *παρ' ἐχθροῖς θρήνων τυχεῖν* Soph. Ai. 907. Ar. Vesp. 1462. Xen. An. I 9, 29. (cf. *τιμῶμαι παρὰ θεοῖς* Xen. Mem. II 1, 32 et locutiones §. 14 allatas.) *τυγχάνω παρ' ὑμῖν δικαίων* Dem. XXVII 2. XXXVII 60. XXXVIII 22. *λόγος ἀποδοχῆς τυγχάνει παρὰ τοῖς ἀκούουσι* Polyb. I 5 f. V 9. 10. 11. *δόξαν λαμβάνειν παρά τινι* Isocr. XV 278. *δίκην* Dem. XXXV 47. *ἀμβροσίην λαβὼν παρὰ μητέρι* Nonn. Dion. XI 241. *τιμὴν παρὰ πᾶσι κτήσασθαι* Lys. XIV 33. *παρὰ Κρονίδαις γλυκὺν ἑλὼν βίοτον* Pi. Pyth. II 25 cf. Nonn. Dion. V 8. *παρά τινι χάρις ὀφείλεται* Isocr. I 29. XVIII 67. (cf. *δίκην ὀφείλειν παρὰ τῷ πολεμάρχῳ* Lys. XXIII 3.) *οὐδέ τις ἀντ' ἀγαθῶν ἐστι χάρις παρά σοι* Theogn. 1264. Arist. Eccl. 582. *ὥστε λειτουργεῖν ἕκαστον ἀξιοῦσθαι παρ' ὑμῖν* Isae. VII 5 ubi Scaliger *παρ' ὑμῶν* mutavit, quem secutus est Reiskius, sed falso, quod ex locis allatis apparet cf. Schömannum ad h. l. Denique locum Alciphronis apponam qui *παρά τινι ἐκμαθεῖν* scripsit III 64 1 cf. Plut. Moral. 37 A.

§. 16.

De *παρά* praepositione cum dativo ita coniuncta ut dativus accusativi vice poni videatur.

Notissimum est et Graecos et Latinos ad verba movendi nonnumquam praepositionem cum casu quietis adiungere solere, in qua dicendi ratione breviloquentia quaedam inest, cum motus atque consecutio motus una eademque enuntiatione comprehendatur. Ex nostra dicendi ratione et ex artis logicae regulis dicendum est *παρ' αὐτοὺς βάλλετο ἐδωδήν*, sed Graeci, cum condicionem iaciendi actionem sequentem simul indicare vellent *παρὰ δέ σφισι βάλλετ' ἐδωδήν* (Θ 504) scribere solebant. Quod maxime in verba *τιθέναι βάλλειν ἱστάναι ἕζεσθαι* cadit, tam saepe ab omnibus scriptoribus cum dativo composita ut pauca exempla attulisse satis sit. *τῷ πάρα κρειῶν μοῖραν θέσαν* ρ 258 Θ

188 etc. καταθέμενοι παρ' ἐμοὶ ταῦτα Ar. Pac. 1207. παρ' οἷς ἐτέθη τὰ χρήματα Antiph. VI 50. ἐν γῇ τε φιλίᾳ τιθέναι καὶ παρ' ἀνδράσι τοιούτοις Thuc. III 58. Eur. Iph. A. 723. Pind. Nem. X 48 Ol. VIII 17. cf. Nonn. Dion. XIX 57. XXIX 94. sententia translata: καιάθεσθε τὴν ξύνεσιν παρ' ἐμοί Dionys. Chalc. II 3. στὰς παρ' ἐμοί ad me assistens Plat. Prot. 310. B. Ar. Eccl. 682. παρὰ Διὶ καθέζετο Α 405 Ω 100 etc. Qu. Smyrn. XII 334. κὰδ δ' ἷζον πὰρ Ζηνί Φ 520. Ψ 28. πὰρ δέ οἱ εἶσε Θεοκλύμενον ο 285. ρ 572 etc. παραὶ ποσὶ κάπτεσε θυμός Ο 280. Λ 617. Quint. Sm. IX 191. XII 384 etc. Quibus exemplis, — et profecto multo plura addere poteram — commotus non possum non impugnare Kruegeri sententiam qui verba apud Thucydidem V 67,1 παρὰ δ' αὐτοῖς οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ex praecedenti verbo καθίστανται pendere neget, sed verbum ἦσαν cogitatione addendum esse censeat.

Alterum est genus eorum locorum in quibus, cum Graeci rem quae iuxta aliam rem porrigitur, cum accusativo et παρά coniungere solcant, neglecta hac ratione dativo utuntur. Maxime huc pertinent ea verba, quibus ad fluvii, maris ripas aliquid fieri indicatur. παρὰ Σιμόεντι θέων Υ 53. ῥέει (sc. ποταμός) καθαρὸς παρὰ Φολεροῖσι Herod. IV 53. ὁ παρὰ τῇ πόλει ῥέων ποταμός Polyb. II 5. V 7, qui usus rarissimus est, nam longe plurimis eiusmodi locis accusativus positus est. Ubi verbum porrigendi vel movendi non exstat, poetae quidem saepius dativo usi sunt velut Alcaeus IX 4. Diphilus I 2. Xenophan. II 3. Pind. Isthm. VII 19. Aesch. Sept. 373 etc. etc. τείνεσθαι plerumque cum παρά et accusativo coniunctum est, sed Δ 536 legimus ἐν κονίῃσι παρ' ἀλλήλοισι τετάσθην, cf. Δ 544 Ψ 25. Eur. Hel. 1673. Apoll. Rh. Δ 223. Nonn. XXII 374. idem de verbo κλίνεσθαι valet: παρ' ἀλλήλοισι κλινθέντε Quint. Smyrn. XIV 173. Dativum et accusativum in uno enuntiato usurpavit Coluthus 217—9: παρ' εἰαμενὰς Ἑρμάνθου Σπάρτην κεκλιμένην ἐγόησε παρ' Εὐρώταο ῥεέθροις.

§ 17.

Quibus expositis ut finem huic disputationis parti imponamus postremo de neglegentia quadam, recentioribus scriptoribus propria, dicendum videtur esse, qui de rebus quae *in* aliquo loco versari dicendae erant praepositionem *παρά* c. dat. usurpaverunt.

Cum apud Atticos scriptores nullum eius modi exemplum reppererim, neque exstare verisimile sit, locum Cratini comici (Mein. II 1, 146) *παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων* cum Meinekio in *μετὰ χερσί* etc. corrigendum putaverim. Maxime poetae epici recentiores talia exempla praebent velut Nonnus: *ἑσπερίῃ παρὰ λίμνῃ ἴχνος ἔλουσαν* XXXVIII 408 *παρ᾽ Ἀσωποῖο ῥεέθροις λουομένη* id. VII 180 *ἀνέμοισι παρὰ δάφνῃ σείετο φύλλα* id. III 147, sed ipsius lauri frondes ventis movebantur: *παρὰ θυιάδι λιγῷ βότρυς ποδῶν ἐθλίβετο παλμῷ* id. I 32 *πίξας παρὰ χθονὶ βέλεμνα* Opp. Cyneg. II 468. Quint. Smyrn. III 741. X 326. XIII 363. Vide Köchlyum ad Qu. Sm. IV 6 diligentissime de hoc usu disputantem.

Iam restat ut

§ 18.

de usu praepositionis *παρά* cum substantivis et pronominibus coniunctae

nullo verbo addito paucis agamus, qui usus ex eis quae iam disseruimus facillime explicari potest.

Homericum exemplum praepositionis *παρά* cum solo substantivo coniunctae non exstat. Localis notio plerumque servata est, ita ut verba *εἶναι διατρίβειν* similia facillime cogitatione addi possint. *τοὺς παρὰ σφίσι φυγάδας* Thuc. VI 7. *ἐν ὑμῖν τοῖς παρ᾽ Εὐρώτᾳ* Eur. Andr. 437. *τίς θνητῶν παρ᾽ Ἅιδῃ* id. Herc. Fur. 491. Med. 1059. *τὰς παρ᾽ ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας* Eur. Bacch. 1236. *ἐμπόρια τὰ παρ᾽ ὑμῖν* Dem. VII 12. *τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους* Xen.

Hier. XI 12. Memor. II 7, 4. *οἱ παρ' ἡμῖν οἰκέται* Isocr. IV 123, 150. *ῥήτορες* Isocr. V 2. Dem. XXIV 142 *θεωροί* Plat. leg. XII 953. *δικαστήριον* Dem. VII 9. etc. etc.

Ad rem publicam legumque auctoritatem spectant haec exempla, ab eorum verborum usu non aliena, de quibus p. 42. egimus. *ἡ παρ' ἡμῖν δημοκρατία* Din. I 25. *πολιτεία* Dem. XX 106. *τὰς παρὰ σφίσι δυναστείας ἐκβαλόντες* Lys. II 18. *ὁ παρ' ἡμῖν νόμος* Eur. Iph. T. 465. Lys. II 25. VI 16. etc. etc.

Denique translate de rebus quae penes aliquem sunt: *τέχνη παρὰ σοί* Plat. Io. 533. Gorg. 452 C. *πάθημα* id. Phileb. 42. *δόγμα* id. resp. III 413 leg. VIII 791, 798. *δόξα* Lys. XIX 34. *λόγος ὁ παρ' αὑτῷ* ratio eius Plat. resp. IV 440. Phileb. 11. Soph. 251 D. *τὰ παρ' ἡμῖν κάλλη* Phaedr. 110. Isocr. X 60. *ἡ ῥητορικὴ φαντασία καὶ ἡ παρὰ ποιηταῖς* Long. de sublim. XV 2. *κατάξίωσις παρὰ τοῖς συμμάχοις τοῦ Ῥωμαίων πολιτεύματος* Polyb. III 90. (Cf. p. 44.)

Postremo nonnulla exempla usus eius quo cum dativo *pronominum* praepositio dicta est, afferam: *πολὺ δριμύτατος ἦν τῶν παρ' ἡμῖν* Ar. Vesp. 279. Xen. An. IV 3, 29. I 4, 5. Hell. IV 2, 5. *αὐτονόμους καὶ τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις εἶναι ὥσπερ καὶ τὰς ἐν τῇ παρ' ἡμῖν Ἑλλάδι* Hell. III 4, 5. *τὰ παρ' ἐμοὶ ἑλέσθαι ἀντὶ τῶν οἴκοι* Anab. I 7, 5. Dem. XX 108. *τὰ παρὰ σοὶ καλῶς ἔχει* Xen. Cyr. VII 1, 16. Isocr. II 17. XVIII 10. *σμικρὸν τὸ παρ' ἡμῖν καὶ ἀσθενὲς καὶ φαῦλον, τὸ δ' ἐν τῷ παντὶ θαυμαστόν* Pl. Phileb. 29 B.

CAPUT TERTIUM.

De praepositione παρά cum accusativo coniuncta.

Latissime patere hunc usum mirum non est; accusativus enim quem apte casum generalem appellare possis, ut olim, quo tempore linguae Indogermanicae unius linguae vinculo tenebantur, solus casus obliquus fuit, ita posteriore

tempore pro ea qua viget vivacitate iterum latius patere et exclusis reliquis casibus solus regnare coepit; quod cum omnibus linguis, tum graeca demonstratur. Angustissimis enim apud Homerum finibus usus *παρά* cum accusativo circumscriptus est, qui semper intellectu locali hac praepositione usus duobus tantum locis intellectu latinae particulae *praeter* eam usurpavit, (*παρὰ μοῖραν* N 787. *πὰρ δύναμιν* § 509); semel notione temporali posuit I 470 *παρὰ νύκτας*.

Παρά cum accusativo coniunctum duplicem potissimum usum habet:

I. additis verbis movendi personam vel locum indicat quo motus fit, in cuius vicinitatem dirigitur *(zu — hin)*.

II. adiunctis verbis notione et movendi et quiescendi praeditis personam vel locum indicat iuxta quem quid est vel praeter quem quid movetur (an etwas *entlang;* an etwas *vorbei*).

Et primo loco dicamus

§ 19.

de *παρά* cum accusativo locum vel personam quo motus dirigitur significante, verbis eundi additis.

Quod iam de usu huius praepositionis cum genetivo et dativo coniunctae disserentibus nobis dicendum fuit, idem de *παρά* cum accusativo valet: hanc praepositionem in prosa certe oratione a rebus inanimis fere esse alienam. Exemplum Herodoteum est I 48 *διέπεμψε παρὰ τὰ χρηστήρια τοὺς θεοπρόπους*, Xenophonteum (Hell. II 1, 5) *παρ' ἑκάστην ναῦν προσιών* ubi *ναῦς* paene idem valet quod *ναῦται*, sed rei notio inest in loco Platonis (Phaed. 113 B.) *ἀφικνεῖται παρ' ἔσχατα τῆς Ἀχερουσιάδος λίμνης*. quod idem cadit in locum Metagenis comici (Mein. II 2, 753) *τεμάχη εἰς τὸ στόμ' ᾄττει, τὰ δὲ παρ' αὐτὸ τὸ πόδε*.

Apud Lysiam (I 35) *παρὰ τοὺς νόμους ἐλθεῖν* legimus, ubi leges quasi personae, quas adimus, cogitantur esse.

Iam vero hoc monere liceat, satis raro παρά cum accusativo e verbis eundi suspensum apud omnes omnium temporum scriptores inveniri, Herodoto et Thucydide exceptis, e quibus ille circiter CL locis, hic circiter LX hanc particulam ita usurpavit, cum in Homericis carminibus duodecim tantum exempla exstent.

Numerum autem verborum e quibus παρά cum accusativo pendeat, comparatum cum eorum numero, e quibus παρά cum genetivo suspensum sit, parvum esse iam inde intellegi potest quod semper fere verba eundi, rarissime mittendi sive portandi, omniaque semper sententia locali usurpata cum παρά et accusativo coniuncta sunt, e quibus haec attulisse mihi satis erit.

Saepius ἔρχεσθαι cum παρά dictum est velut α 285. Hymn. Hom. V 360. Herod. I 159. III 69 etc. Callim. in Dian. 181. et composita ἐξέρχεσθαι Thuc. III 34. παρέρχεσθαι Arist. Nub. 853. ἐσελθεῖν Her. II 64. III 3. ἀνελθόν Thuc. VIII 50. Item ἰέναι et composita, velut Α 347. Ι 657. Λ 617 et Bacchyl. 23. Pind. Pyth. VIII 62. Isthm. VII 3. etc. etc. Nonn. Dion. XXVI 42. προσιέναι. Xen. Hell. II 1, 5. εἰσιέναι Herod. I 99. Thuc. II 51. Xen. Anab. I 7, 8. ἀγγελίη παρὰ βασιλέα ἀνίῃε Her. V 108. ἀπιέναι παρὰ φίλους Thucyd. VI 50. παρὰ τὴν γυναῖκα Long. Past. III 16. ἥκειν. ἀφικνεῖσθαι. βαίνειν et composita. πορεύεσθαι. φοιτᾶν Herod. I 96. nonnumquam ea sententia usurpatum est ut significet coeundi causa adire aliquem, velut Herod. II 66, 111. IV 1, Lys. I 16, cf. § 19 ubi eodem intellectu φοιτᾶν πρός — dictum est. Ut φοιτᾶν ita etiam alia verba hac significatione cum παρά coniunguntur velut πῶς παρὰ Κυψοῦν ἦλθε; Hippon. LXXXVII. et ἀφικνεῖσθαι Herod. II 66. Raro cum παρὰ dicta sunt verba οἴχεσθαι ν 414. Ar. Av. 1269. Plat. Men. 71. μολεῖν Pind. Nem. VII 33. Pyth. III 69 VIII 89. Nonn. Dion. XXI 143. XXXIII 167. στείχειν Eur. El. 173. βαδίζειν Pl. Protag. 310 E βοηθεῖν Her. IX 57. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνον τίρσιν Pind. Ol. II 77. τρέχειν Hymn. Hom.

V 187. Theogn. 856. Long. Past. III 33. *φεύγειν, σὺ δ' ἐν χιτῶνι μούνῳ παρὰ τὴν φίλην γυναῖκα φεύγεις* Baechyl. 26. Herod. I 55. Thuc. IV 114. Plat. Theaet. 181. et *σπεύδειν* Iul. Ep. XII. Rarissime cum *παρά* coniuncta invenimus verba *ἀποδημεῖν* Herod. III 124. *ἀπελαύνειν* ibid. IX 23, 39. *πλεῖν* ib. III 125. Xen. Hell. II 1, 29. Thuc. II 31, 94. cf. *πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους* id. I 8, 2. *παρ' ἀλλήλους ἐπιμισγόντων* Thuc. I 13. 5. et *ἐπεμίγνυντο* ib. II 1. cf. V 78. *ἀναχωρεῖν* Thuc. I 2. 6. II 82. *ὑποχωρεῖν* VIII 45. *παρ' Ἀθηναίους μετατάξασθαι* ib. I 95, 4. et *μετέστησαν παρὰ τοὺς Λακεδαιμονίους* ib. I 107, 7, *τεμάχη δ' ἄνωθεν αὐτόματα πεπνιγμένα εἰς τὸ στόμ' ἅττει, τὰ δὲ παρ' αὐτὼ τὼ πόδε.* Metag. com. (Mein. II 2, 753.) Omisso verbo eundi legimus· *δεῦρο παρ' ἡμᾶς* Arist. Eccl. 695. Plat. Theaet. 144 D.[7])

Satis raro *παρά* a verbis mittendi, portandi suspensum legitur, e quibus *πέμπειν* saepissime usurpatum est de mittendis legatis, nuntiis atque eiusmodi hominibus velut *διέπεμψε Θεοπρόπους* Her. I 48. *κήρυκα ἐξέπεμψαν* Thuc. II 5, 5. Ar. Av. 844. 5. 6. Her. I 212. *ἀγγέλους* Her. I 141. Thuc. IV 78 etc. *ἀγγελίην* Her. II 114. III 69 etc. *πέμπεσθαι* ib. I 46. (Iul. Ep. 48 fin.) *μεταπεμψάμενος παρ' ἑωυτόν* ib. III 50. a quibus verbis intellectus verbi *πρεσβεύεσθαι* proxime abest cum *παρά* compositi a Thucydide I 28. IV 41. VIII 71.

Verbi *φέρειν* cum *παρά* et accusativo coniuncti haec exempla suffeciant. *ἔφερον* (sc. *τὸν ἰχθὺν*) *π. τὸν Πολυκράτεα* Herod. III 42. cf. VII 133. Plat. Phaed. 116 B. *χρήμασι φερομένοις παρ' Ἀθηναίους* Thuc. IV 87. *ἃ μὴ παρ' ἡμᾶς*

---

7) Eadem ratione qua *παρά* etiam germana praepositio *bî* verbis eundi additis cum accusativo ad directionem indicandam usurpata est, velut ab Ulfila. *jah managai gaquêmun bî Marthan jah Marjan.* Ioh. XI 19. saepius a Luthero: *ehe denn er nahe bei sie kam.* I. Mos. 37. *er kam hart bei mich.* Dan. VIII 17. vid. J. Grimmii Lex. I. 1347. cf. verba *beien* appropinquare, accedere, et *beifahren* advehi.

εἴσφερε Eur. Andr. 177.[8]) ἄγειν Herod. I 86. 156. II 162. III 14. 129 etc. Ar. Pac. 884. Xen. An. II 4, 18. Plat. Gorg. 478 A. Nonn. Dion. XL 26. Quint. Sm. VI 145. 266. ἀπάγειν Herod. II 114. III 138. VIII 129. ἐπάγειν VI 119. ἀνάγειν VI 41. 104. Xen. Hell. I 4, 6; 17. ἐξάγειν Iulian. p. 20 D. παρ᾽ Ἅιδην κατήγαγες Eur. Heraclid. 949.

κομίζεσθαι Pind. Nem. III 45. Thuc. VIII 28. πορεύειν id. Pyth. XI 21. ὑφεῖλκον παρὰ σφᾶς τὸν χοῦν Thuc. II 76, 2. Omisso verbo παρὰ Παυσανίαν ἐπιστολὴν ἀντεπεπέμφει αὐτῷ Thuc. I 129, 1. et similiter dictum: Τάνταλον παρὰ τοὺς ἄλλους καταδῆσαι, ubi notio mittendi latet; nam plenius scriptum foret Τάνταλον παρὰ τοὺς ἄλλους ἀγαγόντα καταδῆσαι id. IV 57. cf. Arnoldum et Krügerum ad h. l.

Nonnumquam sed rarissime *substantiva* verbis a nobis enumeratis respondentia cum παρά construuntur, ab Herodoto potissimum et Thucydide et Xenophonte et Platone.

ἄπιξις Herod. II 116. III 69. Nonnulla substantiva composita cum ὁδός velut ἄνοδος Herod. V 51. 54. ἔφοδος Thuc. I 6, 1. V 35. ἔξοδος Herod. III 118. Xen. Cyr. I 3, 14. et ὁδός Her. V 50. καταφυγὴ παρὰ φίλων τινὰς ἢ οἰκείων Thuc. II 17, 1. ὁ στόλος ἐστὶ παρὰ τὸν Τηρέα Ar. Av. 46. ἐπιμιξίας οὔσης παρ᾽ ἀλλήλους Thuc. V 78, cf. παρ᾽ ἀλλήλους ἐπιμισγόντων ib. I 13. II 1. denique τῶν ἀγγέλων γενέσθαι τῶν παρὰ τὸν βασιλέα. Plat. resp. II 360. nuntiorum ad regem sc. mittendorum.

§ 20.

Neque tamen cum movendi verbis tantum, sed etiam cum eis quae quiescendi notionem habent, accusativus a παρά praepositione suspensus coniungitur, ut non iam locum in quem actio dirigatur, sed prope vel iuxta quem

8) Pauca eiusdem dicendi rationis exempla etiam nostra lingua praebet velut: *dô man diu wâpen bî in truoc* Bit. 8942. Grimm. lex. I 1347.

fiat, indicet; ad quem usum ab eo de quo modo disputavimus transitus fit aliquot verbis qualia sunt *στῆναι. ἕζεσθαι. τίθεσθαι.* Nam *παρά* cum accusativo e certis quibusdam formis verbi *ἱστάναι* (Aor. II act; perf. act; praes. med.) pendens locum vel personam et ad quam quis adsistit et iuxta quam stat significat,[9]) velut *στῆ παρ' Ἀντίνοον* ϱ 414. Ω 169. *στῆτε παρ' ἐμὲ πλησίον* Ar. Lys. 1122. *γυνὴ στήτω παρ' ἄνδρα* Ar. Lys. 1275. 6. *στὰς παρ' αὐτόν* Pl. Phaedr. 116 C. Ar. Vesp. 1083. *στῆ παρὰ σταθμὸν τέγεος* α 333. ϑ 458. π 415. ϱ 209. φ 64. *ἀλλά οἱ παρά τε πυρὰν τάφον ϑ' — παρθένοι στάν* Pind. Isth. VII 57. *ϑέσσαντο παρὰ βωμὸν στάντες* id. Nem. V 10. praesens medii exstat *Λ* 314 *παρ' ἔμ' ἵστασο* et χ 233; perfectum activi *παρὰ τούτων ἕστασαν* Herod. IX 28.

Eodem modo quo *στῆναι* verba *ἕζεσθαι.*[10]) *καθέζεσθαι. παρέζεσθαι. ἵζειν* medium quendam locum inter eum usum praepositionis quem § 19. descripsimus et eum de quo hoc loco dicendum est, obtinent; nam *ἕζεσθαι παρά τινα* adsidere et ad et juxta aliquem significare potest — uti liceat hac constructione qua ad illustrandam sententiam opus est, quamquam a latina lingua alienam esse non ignoro. — Exempla apud omnes scriptores tam multa inveniuntur ut pauca adposuisse satis sit: *ἕζεσθαι* δ 51. ψ 18. ω 411. Longin. Past. IV 23. *καθέζεσθαι* Theogn. 1217. Ar. Eccl. 617. Xen. Comm. I 7. *ἐκαθέζετο παρὰ τοὺς πόδας μου* Pl. Prot. 310 C. resp. I 328. *παρέζεσθαι παρ' ἐσθλὸν ἄνδρα* Theogn. 563. item verbum *ἧσθαι*, utpote quod perfectum praesentis *ἕζεσθαι* esse cogitari possit cum *παρά* et accusativo iungitur. Ar. Vesp. 392. *καθήμενος παρ' ἐμέ*

---

9) cf. *er ging hin und trat bei das rad.* Luth Ezech. X 6.
er trat dicht bei den Engel. Klopst. Mess. XII 173.
cf. Grimm. Lex. I 1347.

10) *ob er gerûhte nider bi sie sitzen.* gr. Pud. XXI 12.
setze dich bei den stein Asel. Luth. vers. I. Sam. XX 19.
Grimm. Lex. I. 1347.

Plat. Euthyd. 271. Isae. VIII 16 ad quem locum cf. Schömannum.

Denique verbum τίθεσθαι apponam, de quo idem ac de verbis σιῆναι et ἕζεσθαι valet: θέμεναι παρ' Ἀπόλλωνα θρόνους Pi. Ol. XIV 10. παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα τίθεσθαι Thuc. II 2 arma iuxta ipsorum arma ponere i. e. arma coniungere. θέμενοι παρὰ γυναῖκας Plat. resp. V 465, id est sibi comparantes eaque deponentes apud mulieres. ἔθετο συνθήκας παρὰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν Dinarch. I 86 τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίης ἐξαργυρώσαντα θέσθαι παρὰ σέ. Herod. VI 86. § 1.[11]) in quibus dicendi formulis: *deponere apud aliquem* oratores παρά cum dativo dicere solitos esse supra demonstravimus p. 41. cf. Schömannum ad Isae. p. 387.[12])

Differunt autem παρά cum dativo et παρά cum accusativo iuncta eo maxime quod res per dativum cum παρά dicta non tam *iuxta* quam *apud* aliquam rem, in vicinitate rei versari cogitatur; cum res per accusativum cum παρά composita ad latus rei, *iuxta, praeter* aliam rem posita sit; unde apparet ex eodem verbo, prout res postulat, modo cum dativo modo cum accusativo praepositionem compositam pendere posse. Ergo verbo movendi addito significatur

I. a) alteram rem *iuxta, secundum* alteram moveri. *(neben etwas hin.)*

b) *praeter (trans)* alteram moveri. (an etwas vorbei.)

II. verbo quiescendi adiuncto sententia efficitur, alteram rem iuxta alteram porrectam, extensam esse ita ut παραλλήλως positae sint.

11) Valckenarii sententiam: deteriorem esse lectionem παρὰ σέ, et παρὰ σοί in textu reponendum ad exemplum verborum Isaei apud Dion. Hal. (II p. 167, 49) exstantium, οὔσης μοι παραχαταθήκης παρ' Εὐμάθει τούτῳ probare non possum; cum et exempla allata et ratio doceat παρὰ σέ rectissime dictum esse et exemplum ex Isaeo petitum minime huc pertineat.

12) cf. *bî die ist gesetzt aldâ Maria Magdalenâ* pass. K. V 25. Gr. Lex. I 1347. *bei die wage hin den Scorpion gesetzet* Opitz I 92. II 52.

Sed videamus iam de singulis et primum de locis ubi adposito aliquo verbo movendi de personis vel rebus *iuxta* aliquam rem euntibus vel sese moventibus agitur dicamus. Praemittatur, in longe plurimis locis huc pertinentibus rem iuxta quam motus fieri dicatur, mare vel fluvium vel ripam aliquam esse, quod ex natura rerum facillime explicatur. Pauca tantum exempla apponam: *βῆ παρὰ θῖνα θαλάσσης Α* 327 *Τ* 40 *παρὰ θῖνα ἁλὸς βαδίζειν* Constant. phil. I 75 (Bergk. Poet. lyr. III. 1086.) Dem. XLV 68. *ἴμενα παρὰ θῖνα θαλάσσης δ* 432. *παρὰ τὴν θάλασσαν περιπατεῖ* Pl. Gorg. 511 E. *ἀποβὰς παρὰ τὸν ποταμόν* Herod. II 29. *παραπηδᾶτε παρὰ ψάμαθον καὶ θῖν' ἁλός* Ar. Vesp. 1520. *ἑρπύζων παρὰ θῖνα θαλάσσης ν.* 220. *ἁλύων παρὰ θῖν' ἁλός Ω* 12. *ὄνος παρ' ἄρουραν ἰών Α* 558. *παρὰ ποταμὸν πεφοβήατο Φ* 206. *στυφλοὺς παρ' ἀκτὰς θείνειαι* Aesch. Pers. 298. Hymn. Hom. XXI 2. *παρὰ λευκοφανῆ ψάμαθον εἱλισσόμεναι κύκλια χάμους ἐχόρευσαν* Eur. Iph. Aul. 1054. *τὸν δ' αὐτοῦ παρὰ χεῖλος ἑλισσόμενον ποταμοῖο* Apoll. Rhod. *Γ* 1277. *βόσκειαι παρὰ ποταμόν* Her. IX 93. Apoll. Rh. *Β* 500. *πέτασαν* (sc. *τὰ εἵματα*) *παρὰ θῖν' ἁλός ζ* 94. Saepius de exercitu iter iuxta ripam, secundum fluvium faciente legitur *πορεύεσθαι παρὰ τὸν ποταμόν* Herod. V 100. VIII 33. Xen. Hell. IV 5. 5. Pol. III 14. 50 vel *κομίζεσθαι* Herod. V 43. VII 49. § 1. 193. Thuc. II 83. III 81. Pol. I 21. 29. 39 etc. Similia exempla sunt: *παρ' αὐτὴν τὴν ὑπώρειαν τὴν δύναμιν ἄγειν* Pol. V 22. 69. *πλεῖν παρὰ τὴν γῆν* Thuc. II 90, 3. VI 13. VIII 104. *παρὰ τὴν ἤπειρον εἶχον τὰς ναῦς* Herod. VI 95. Sed satis superque huius modi exemplorum attuli et facillime plura afferre poteram, itaque iuvabit nonnullos locos adscribere ubi cum alius generis substantivis *παρά* coniunctum est velut *παρὰ Λύδιον ἅρμα πεζὸς ἰχνεύων* Pind. frg. 222 Böckh. (Bergk 190.) quae est proverbialis locutio de inferiore qui frustra certat cum superiore. *παρὰ ναῦν ἰθύει — δελφίς* Pind. frgm. 258 (219) iuxta navem celerrimo cursu delphinus dirigitur. *ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη Ζ* 42 *Ψ* 394. *καθῆκ' ἑμαυτὸν εἰς*

ἀλ' ἄγκυραν πάρα Eur. Hel. 1614 cf. Pl. Tim. 77. *χαίτη ζεύγλης ἐξερισθοῦσα παρὰ ζυγόν* P 470. T 406. cf. P 297. *λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα* Theocr. V 91. *κονία παρὰ τροχὸν μεταμώνιος ἄρθη* Simon. 16. (Bergk poet. lyr. p. 1122.)

Difficile nonnunquam est ad intellegendum utrum notionem *juxta* an *praeter* παρά cum accusativo coniunctum habeat.

Sed *praetereundi* notionem aperte hi loci continent: *τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἴπατε χαίρειν* Erinna V 3. *Ἴθι διὰ Λυδῶν παρὰ τὸν Ἀτάλεω τύμβον* Hippon. XV 2. *ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα* Callim. Ep. XXI 1. XXXV. *ἰέναι παρὰ πόλιν* Herod. III 14. *οἳ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα μέσσον κὰπ πεδίον, παρ' ἐρινεὸν ἐσσεύοντο ἱέμενοι πόλιος* Λ 166 sq. Χ 145. *γαῖαν — παρὰ τὴν Αὐλίδα μετρήσαντες* Apoll. Rh. Δ 1779 cf. γ 172. *παρὰ τοὺς βαδίζοντας ῥέχειν* Xen. Cyr. II 4. 29. *παρ' αὐτὰς τὰς πυραμίδας γίνεται ὁ πλόος* Her. II 97. *παρέπλωε παρὰ τὰς πρῴρας τῶν νεῶν* Her. VII 100. Xen. Hell. I 5, 12. Notionem *praeter* omnino *παρά* habet in locutionibus, in quibus flumen praeter urbem fluere dicitur: *παρὰ τὴν πόλιν ῥέει ποταμός* Her. II 32. I 188. 189 sq. Thuc. II 102. Xen. Hell. V 3, 3. quales locutiones ad ridiculum argumentum detortae sunt a Teleclide comico (Mein. II 1, 361.) *ζωμοῦ δ' ἔρρει παρὰ τὰς κλίνας ποταμὸς κρέα θερμὰ κιλίνδων. παρὰ τὴν πόλιν παραρρέει ποταμός* Her. VI 20. VII 200. Xen. Anab. V 3, 8. *ἥκται τὸ ὕδωρ παρὰ πόλιν* Her. II 158 et similiter dictum *ῥέει παρὰ τὴν ὑπώρειαν τοῦ οὔρεος* Her. VII 199 cf. II 99 et Nonn. Dion. III 5 *παρὰ κλίμα ἄρκτον ὁδεύετο ὕδωρ.*

Iam vero transeundum est ad eos locos quibus adiuncto verbo *quiescendi* rem vel personam ad latus rei, iuxta rem porrectam vel extensam vel simpliciter sitam esse exprimitur.

Hunc in modum geographici scriptores hac praepositione utuntur in descriptionibus velut *λίμνη παρ' ἣν τὸ Κάσιον*

οὖρος τείνει Her. II 6. III 5. *παρὰ τὴν Ἑλλήσποντον παρατέταται* id. IV 38. *λίμνη τετραμμένη παρὰ τὸ οὖρος* id. I 189. II 150. *τῆς δὲ Παιονίας παρὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν στενήν τινα καθήκουσαν ἐκτήσαντο* Thuc. II 99. Similia leguntur apud Herodotum VII 173, Platonem resp. VII 514 *A*, Demosthenem LV 16, Oppianum Cyn. II 115 *παραὶ πόδας Ἐμβλωνοῖο πεδίον πελάγιζεν*. Saepius de urbibus, aedibus etc. ad ripam fluvii sitis *παρά* usurpatur velut *νῆσος κειμένη παρὰ τὸ ἐν Βουθοῖ ἱρόν* Herod. II 156. 149. VII 189. *παρὰ ταύτην τὴν πόλιν ἦν πυραμίς* Xenoph. An. III 4, 9. Her. V 45. *δειμάμενοι πτολίεθρον παρὰ προχοὰς ποταμοῖο* Welck. syll. epigr. 209. Deinde de hominibus vel populis iuxta mare vel flumen vel urbem habitantibus velut *Z* 34. *B* 522. Nic. Ther. 634. *οἴκι' ἔναιε παρά — ἅλσος* Qu. Sm. VIII 292. *παρ' ὕδωρ ναίεσκε Κυρήνη* Hes. frgm. 55. *νάσσατο παρὰ κόλπον Μασσαγέτην* Nonn. XL 287. Soph. Trach. 633. *Φερὰς ἐνέμοντο παρὰ λίμνην B* 711. *M* 313. Her. IV 53. Theocr. XXV 10. Ap. Rh. *B* 505. *οἰκεῖν παρ' ὄχθας ποταμοῖο* Hes. frgm. 149. Her. VII 89. Eur. I. T. 1098. Xen. An. I 2, 24. Isocr. V 21. Aeschin. III 90. *παρὰ τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν κατῳκημένοι* Her. II 102. VII 110. 115. 128.

Egregie convenit cum significatione praepositionis *παρά* cum accusativo usus ex quo in re militari usurpatur, ubi milites iuxta flumen vel omnino iuxta aliquid aut iuxta alios milites collocati esse dicuntur. *τὸ στρατόπεδον παρὰ τὸν ποταμὸν τεταγμένον* Herod. IV 133. IX 15. Thuc. IV 11. 73. Pol. I 28. 51 etc. *παρέτειναν τὸ κέρας παρὰ τὴν Χερσόνησον* Thuc. VIII 104. *παρὰ τὴν ἀκτὴν παρατετάχατο* Her. VIII 95. Xen. Hell. I 1, 33. Thuc. IV 8. *ἐκτάττοντες τὰς ναῦς παρ' αὐτὴν τὴν γῆν* Pol. I 50. *παρ' αὐτὴν τὴν γῆν ποιησάμενος τὴν ἔκταξιν* Pol. II 33. *ἐστρατόωντο παρ' ὄχθας ποταμοῖο Γ* 187. *παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν ἐσκήνησαν* Xen. An. II 4, 14. Plat. resp. X 621. *ἐτάξαντο παρὰ πᾶν* Thuc. IV 35 i. e. quoquoversus in hostes conversi sunt; ad quem locum scholiasta: *παρὰ πᾶν μέρος τοῦ ἐρύματος*

ὅσον ἦν μέρος ἐπίμαχον, τοῦτεστι καθ' ὃ ἐδύναντο οἱ Ἀθηναῖοι προσελθόντες μάχεσθαι. et apud eundem V 68 ἐπὶ πᾶν δὲ κατέστησαν ἐπὶ ὀκτώ. παρὰ δ' ἄπαν — τετρακόσιοι καὶ δισῖν δέοντες πεντήκοντα ἄνδρες ἡ πρώτη τάξις ἦν. Sed non solum cum verbis notionem loci, verum etiam personarum habentibus παρά cum accusativo hac sententia coniungitur velut τὸ δεξιὸν κέρας — εἶχε, παρὰ δ' αὐτὸν Θρασύλλος Xen. Hell. I 6, 30. παρὰ τούτους ἐτάσσοντο Her. IX 28. Thuc. VI 67. Pol. V 82.

Maximus praeterea est numerus locorum in quibus παρά cum accusativo locum indicat iuxta quem quid vel est vel fit velut μάχαιραν ἥ οἱ παρὰ ξίφεος μέγα κουλεὸν — ἄωρτο Γ 272. Τ 253. cf. ἔχειν τόξα καὶ παρὰ τὴν φαρέτραν κοπίδα Xen. Cyr. I 2, 9. An. IV 7, 16. adiecto verbo κεῖσθαι legitur: ὃ κεῖτο μέγας παρ' ἔπαλξιν Μ 381, ubi addito adiectivo μέγας notio *praeter* augetur; quod item cadit in locum Δ 487 κεῖτο ποταμοῖο παρ' ὄχθας, nam ibi de αἰγείρῳ i. e. populo, arbore altissima agitur. παρὰ τὴν ἔπαλξιν κατακείμενος Ar. Ach. 73. κλίνας παρ' ἀλλήλας κειμένας Plat. leg. XII 947 D. παρ' ἐμὲ κατάκεισο Plat. Conv. 175. ἀνακείμενος παρ' αὐτόν Philipp. com. (Mein. IV 477.) Apud verba cubandi, dormiendi παρά cum accusativo non tam alteram rem iuxta alteram porrigi, sed simpliciter esse, versari indicat; quae verba sunt: λεξάσθων παρὰ τάφρον I 67. καθεύδει παρ' ἐμέ Ar. Thesm. 1193. εὕδειν παρ' ἀσπίδας Eur. Rhes. 123. παρὰ πρυμνήσια νηὸς κοιμήσαντο Α 476. μ 32. παρ' αὐτόν ξ 523. παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν Theocr. VIII 77.

Nonnumquam etiam ubi notio *porrigendi* latet παρά cum accusativo de rebus dicitur quae iuxta aliquam rem fiunt et primum quidem iuxta res in longitudinem porrectas velut ἔρδον ἑκατόμβας παρὰ θῖν' ἁλός Α 316. ι 46. ξ 347. Hymn. Hom. V 128. θεοὺς ποτινισσομένα ὁσίαις θοίναις παρ' Ὠκεανοῦ ἄσβεστον πόρον Aesch. Prom. 532. παρ' Εὐρώταν ψιάδδοντι Ar. Lys. 1302. 9. Qu. Smyrn. V 628. εἴ τις ἀεθλεύων νικᾷ Πίσαο παρ' ὄχθας Xenophan. II 21.

κούρη παρὰ τύμβον Ἰώλκιον ἔμμορ᾽ ἀέθλου Callim. in Dian. 208 i. e. ad tumulum Iolcium i. e. ad tumulum Peliae Iolci regis i. e. in radicibus montis Peliae ubi Iolcus sita est.

παρὰ Σκαμάνδρου πόρον τεθάφθαι Aesch. Ch. 361. et similiter Ἴβηρ Ἴβηρος ἐνθαδὶ τετάρχηται πόλιν παρ᾽ ἱρήν Welck. Syll. ep. gr. p. 69. θρέψαντο Ἑσπερίδες παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο Q. Sm. II 419. XI 21. ὅπως κακὸς ὄληται παρὰ θῖν᾽ ἁλός Hippon. 85. παρ᾽ Εὐρυμέδοντα ὤλεσαν ἥβην Simon. 105 (Bergk. Poet. lyr. p. 1153). ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων Soph. El. 184. παρὰ Σκάμανδρον ἦσθ᾽ ἀνάρσιος Aesch. Ag. 489. ἀλλ᾽ ἦ τίς ἐστι Ζηνὸς ὄνομ᾽ ἔχων ἀνὴρ Νείλου παρ᾽ ὄχθας Eur. Hel. 509. 10, ubi aliquot editiones e pravorum codicum auctoritate παρ᾽ ὄχθαις habent, exquisitiorem esse accusativum mihi cum Hermanno convenit. εἴης δ᾽ Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι — Ἔβρον πὰρ ποταμόν Theocr. VII 112 quam codicum scripturam Wüstmannus perverse in πὰρ ποταμῷ mutavit.

Aptissime hoc loco de usu praepositionis cum accusativo coniunctae omisso verbo agere nobis videmur, cuius usus exempla plurima apud Herodotum, nonnulla apud Thucydidem Xenophontem Polybium, pauca iam apud Homerum exstant; velut βοσκομένη λειμῶνι παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο *II* 151. ι 132. longe plurimis locis de situ terrarum, oppidorum vel populorum iuxta mare vel fluvium dicitur. velut πόλις παρὰ θάλασσαν Ar. Av. 145. 6. Xen. Hell. IV 8. 12. Polyb. III 61. πεδίον Xen. Hell. IV 8. 37. χῶρος Herod. V 23. 42. τόπος παρὰ τὴν λίμνην Polyb. V 7. ἐς Φρυγίαν τὴν παρ᾽ Ἑλλήσποντον Xen. Cyr. VIII 6. 7. πρὸς Πιτάναν παρ᾽ Εὐρώτα πόρον δεῖ μ᾽ ἐλθεῖν Pind. Ol. VI 28. ἀποικία παρ᾽ αὐτὴν τὴν διώρυχα Thuc. IV 109. τὰ παρὰ θάλασσαν Σύριοι νέμονται Herod. II 12. IV 170. 175. 178. λειμὼν παρὰ τὸν — ποταμὸν Thuc. VI 96. ᾧ γαῖα πατρὶς Κασπίας παρὰ κλήθρας Welck. syll. epigr. p. 69. De hominibus vel populis iuxta fluvium quendam habitantibus: Pind. Pyth. I 68. Her. IV 17. Thuc. I 8. 2. Verum etiam de aliis rebus usurpatur παρά cum accusativo velut οἱ παρ᾽

ἔπαλξιν Thuc. II 13, 6. sunt cives aetate grandiores quibus muri custodiendi traditi sunt. eadem paene locutio apud Plutarchum legitur qui scripsit οἱ παρὰ τὰς πύλας (Galb. XIV) i. e. qui custodiam portarum habent.

περιχόψειν τὸν Ἑρμῆν τὸν παρὰ τὸ Φορβαντεῖον Andoc. I 62. et τὸ κουρεῖον τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς Lys. XXIII 3. ἐν χαλκώμασι παρὰ τὸν Δία Polyb. III 26 h. e. in aerario aedilium iuxta Iovis templum sito.

Iamiam ut finis imponatur huic dissertationis parti de eis locis agendum erit ubi παρά cum accusativo locum praepositionis παρά cum dativo habere videtur et habet, h. e. de eis locis ubi παρά cum accusativo non significat alteram rem iuxta alteram extensam esse vel sitam, sed simpliciter alteram in vicinitate alterius versari indicat quod est in loco Demetrii comici (Mein. IV 539 v. 4.) ἀβυρτακοποιὸς παρὰ Σέλευκον ἐγενόμην. E poeta comico Alexide grammaticus in Bekk. Anecd. p. 111, 11 verba παρ' ἡμᾶς οἰκεῖ affert, addens ἀντὶ τοῦ παρ' ἡμῖν, de quo loco cum quo conexu positus fuerit ignoremus, accurate diiudicari non potest; nam ferri possit accusativus, si sententia fuit haec: eius domus iuxta nostram est, sin sententia fuit: habitat in nostra domo, accusativus falso usurpatus est. Affert Meinekius l. l. exemplum Timoclis ex Athenaeo VI 241 A huc pertinens: ὠψώνει παρ' αὑτὸν οἴκαδε et locum Aristophaneum a Prisciano (Vol. II p. 202 ed. Krehl.) nobis servatum: Attici παρὰ σέ pro παρὰ σοί, quomodo et nos *apud te*. Aristophanes Ποιήσει (codd. ποιηχει)· γυναῖκα δὲ ζητοῦντες ἕνα δ' οἶκον νυνὶ ἐᾷς ἵνα εἰ παρὰ σέ. quae verba corruptissima sic emendare conatus est Dindorfius· γυναῖκα δὲ ζητοῦντες ἐνθάδ' ἥκομεν, ἥν φασιν εἶναι παρὰ σέ. Sed a summo elegantissimi sermonis Attici artifice Aristophane aliena esse haec verba censuerim, nam et corruptissime tradita sunt et fabulam Ποίησιν nonnulli grammatici ab Aristophane abiudicaverunt et Archippo tribuerunt.

Neque vereor ne quis loco Acharn. 759 usus Aristophani talia obtrudere audeat: πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; Meg.

παρ᾽ ἁμὲ πολυτίματος ἅπερ τοὶ θεοί. haec enim verba hominis Megarici sunt agrestis atque inculti. Neque Thucydidis locus τριήρεις παρὰ σφᾶς παροῦσαι corrigendus est, cum attractio quaedam statuenda sit: τριήρεις παρὰ σφᾶς παραγεγενημέναι καὶ παρὰ σφίσι παροῦσαι. sed apud Herodotum πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρ᾽ ἐμὲ ἐοῦσαν δύναμιν accusativus in dativum mutandus est utpote qui nulla ratione excusari possit. Intolerabile etiam est quod legimus apud Xenophontem (Anab. I 9. 31) πάντες οἱ παρ᾽ αὐτὸν φίλοι καὶ συντράπεζοι ἀπέθανον, ubi aut ad exemplar loci I 1, 5 παρ᾽ αὐτῷ aut περὶ αὐτόν scribendum est. Neque ulla excogitari potest excusatio locutionibus μένειν παρ᾽ αὐτόν quas in Cyr. I 4, 18 et IV 2, 23 legimus. Equidem numquam putabo talia scribere ausum esse Xenophontem, qui cum decem et sex locis μένειν παρά τινί scripsisset cur accusativum his locis praetulerit non intellego; ergo dativus in textu reponendus erit. Denique apud Isaeum VIII, 16 codices praebent: τὰς ἑορτὰς ἤγομεν παρ᾽ ἐκεῖνον πάσας· quae verba recte se habere quamvis Schömannus contenderit, non puto. Nam quod ad defendendam hanc scripturam affert καθήμενοι παρ᾽ αὐτόν alienum est; ergo cum Reiskio παρ᾽ ἐκείνῳ scribendum erit.

Verum apud scriptores actatis inferioris et in inscriptionibus recentioribus nonnumquam παρά cum accusativo omnino vice παρά cum dativo fungi exempla dilucida demonstrant neque mirum est, cum reputamus eam esse accusativi naturam ut magis magisque increbrescat. Exempla haec repperi: παρ᾽ αὐτὸν μεῖναι Polyb. XI 14.[13]) παραμεινάτω παρὰ Σωσίαν in inscriptionibus Delphicis quas ediderunt Wescher et Foucart XX. IV 6. XXIX 5. XL 17 cf. G. Curtium in actis soc. scient. sax. 1864. p. 229. παραμεινάτω

13) A. Lüttge (de Polybii elocutione. Nordhusae 1863 p. 13): ‚παρά h. l. praepositionis *apud* vice fungitur, qua in re nescio an quid effecerit sermo latinus, cuius proprium est huiusmodi notiones accusativo exprimere‘.

δὲ Ἀφροδεισία παρ' Ἀλαξίδαν ἄχρι κα ζώῃ Ἀλαξίδας Inscript. delph. ed. Ern. Curtius n. XVI. 10, καταλιμπάνει παρ' αὖς αὐτόν Inscr. delph. ed. Conze et Michaelis (Rapporto d'un viaggio fatto nella Grecia nel 1860. Rom. 1861. p. 67. v. 12. 13.), ἃ ὠνὰ παρὰ τὸν θεὸν τὸν Σάραπιν καὶ τὸ ἀντίγραφον παρὰ τὸν ἄρχοντα Ἀρμόξενον in titulo Tithor. quem interpretatus est Ulrichsius in Mus. Rh. II 553. 554. 7. 9, ἃ ὠνὰ παρὰ τὸν ἱερῆ sc. ἐσιί. vid. H. Keilium (Mus. Rh. XVIII p. 226.) eundemque in Syll. inscr. Boeotic. III 16: τὸ ὁμόλογον [π]ὰρ [Θ]ράσιμον Θιογίτονος. denique ἀνελόμενος τὰς συγγράφως τὰς κιμένας παρ' Εὔφρονα Corp. Insc. Graec. I n. 1559 a. I. II., cf. Böckhium de his rebus disserentem in C. I. Graec. I p. 726.

Perpauci recentiorum poetarum loci exstant in quibus praepositione παρά cum accusativo coniuncta non locus praeter quem sed in quo aliquid est indicatur. (conferas quae de παρά cum dativo eadem ratione usurpato diximus p. 50.) Κύπρις παρὰ παστάδας γελῶσα, ubi ἀνά vel ἐν exspectamus apud Io. Gramm. Gaz. III 21. (Bergk. Poet. lyr. ed. III p. 1082) et παρὰ παστάδας τρυφᾶτε apud Leon. Mag. III 22 (ib. p. 1093) denique λοχόωσι παραὶ μυχόν Oppian. Hal. I 149 i. e. latent in recessu.

Absoluta ea parte disputationis nostrae quae erat de usu locali praepositionis παρά cum accusativo coniunctae transire licet

§. 21.

ad usum temporalem illustrandum, quem e locali originem trahere nemo ignorat. Nam quo modo παρά sententia locali usurpatum duas res praeter, iuxta se positas esse significat, eodem intellectu temporali actio verbo significata et temporis spatium παραλλήλως posita esse cogitari possunt. Respondet graecae praepositioni latina *per* et lituanica *pèr*, sed eo differunt quod παρά rarius, *per* frequenter hac vi dicitur et lituanica particula non nisi numero addito de tempore usurpatur.

Praepositionis *παρά* de tempore dictae triplicem usum distinguendum esse mihi cum Schömanno (ad Plut. Cleom. II 3.) omnino convenit. Usurpatur enim *παρά* de rebus tempore coniunctis

I. aut ita ut alteram rem tam diu quam alteram fieri indicet — qui usus primarius videtur esse, quippe qui cum natura praepositionis maxime congruat — additis saepe vocibus *πᾶς* vel *ὅλος*.

II. aut ita ut alteram eodem quo alteram tempore esse simpliciter significet.

III. aut ita ut alteram fieri antequam altera peracta sit, exprimat.

Facile intellegitur nonnumquam omissis vocibus *ὅλος* et *πᾶς* vix statui posse utrum aliquid per totum tempus an aliquo temporis spatio fiat.

Cuius usus unum exemplum in Homeri carminibus reperitur *εἰνάνυχες δέ μοι ἀμφ᾽ αὐτῷ παρὰ νύκτας ἴανον.* I 470, nullum vero in hymnis vel apud Hesiodum; Thucydides quoque et poetae tragici Aristophanesque ab hoc usu abhorruisse videntur cuius usque ad tempora labentis graecitatis exempla rarissima sunt.

Pindari et Bacchylidis propemodum aequalium singuli loci leguntur; apud illum enim (Pyth. XI fin.) haec verba exstant: *καὶ Κάστορος βίαν, | σέ τε, ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ θεῶν, | τὸ μὲν παρ᾽ ἁμαρ ἕδραισι Θεράπνας, | τὸ δ᾽ οἰκέοντες ἔνδον Ὀλύμπου* i. e. per hunc diem — per illum i. e. alternis diebus; apud Bacchylidem autem (frgm. 19.) *ὃς δὲ μυρία μὲν ἀμφιπολεῖ φρενὶ, | τὸ δὲ παρ᾽ ἦμάρ τε καὶ νύκτα μελλόντων χάριν | ἐὸν ἰάπτεται | κέαρ, ἄκαρπον ἔχει πόνον.*

Duo exempla praebet Herodotus: *παρὰ τὴν ζωήν* in vitae cursu VII 46 ad quod exemplar dictae sunt locutiones *παρὰ τὸν βίον*, ubi praecipuum locum *παρά* de tempore usurpatum habet et *μῆνες παρὰ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλιμοι γίγνονται τριήκοντα πέντε.* I 32. Apud Xenophontem invenitur *ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρακτα γίνηται παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν.* Mem. II 1, 2. Complu-

ribus locis Plato praepositione intellectu temporali usus est velut in Prot. 325 D.: nutrix et mater et paedagogus et ipse pater inter se certant ut quam optumus existat ὁ παῖς παρ' ἕκαστον ἔργον καὶ λόγον διδάσκοντες καὶ ἐνδεικνύμενοι i. e. per unamquamque actionem et dictionem vel eo ipso tempore quo quidque vel fit vel dicitur.

Sed ordine chronologico neglecto tria usus genera supra enumerata exemplis illustrare placet et primum quidem de rebus tempore coniunctis ita ut alteram tam diu quam alteram fieri indicetur, dicamus.

Saepissime παρὰ πάντα τὸν βίον velut Plat. leg. IV 717 resp. III 412 D. [παρὰ τὸν βίον ἅπαντα leg. V 733]. Dem. Mid. 50. παρὰ πάντα τὸν βίον παρατείνουσαν καὶ ἐν παντὶ καιρῷ Arist. Magn. M. 1208b 5. et παρ' ὅλον τὸν βίον apud posteriores solos scriptores ut videtur. Polyb. II 59. V 10. Longin. de subl. IX 3. Plut. Mor. 112 B. 132 B. Luc. Nigr. XXX. saepissime etiam παρὰ πάντα τὸν χρόνον dictum est. Plat. Phaed. 116 B. Menex. 249 C. Isocr. XV 48. Dem. V 2. de cor. 10. XX 22. 142. XXIII 181. Plut. Comp. Nic. c. Crass. III fin. Ael. nat. anim. VII 23. παρὰ πάντα τὸν θόρυβον καὶ τὸν χρόνον Heliod. Aeth. I 13. Simili ratione explicandae sunt locutiones παρὰ πᾶσαν τὴν ὁδόν Isocr. IV 148. παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν βίαια παθών Dem. Mid. cap. I παρηκολούθησε παρ' ὅλην τὴν λειτουργίαν ib. cap. XVI. παρὰ ταύτην τὴν ἀποδημίαν de f. leg. 172. παρὰ πάντα τὸν λόγον id. XX 56. παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα de cor. 34 Polyb. I 51. ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα Dem. Ol. II 22 idem apud Alciphr. III 44, 3. In hoc usu παρά cum latino *per* prorsus congruit.

Secundi generis exempla sunt ea quibus nihil nisi temporis coniunctio significari videtur; cuius generis exemplorum maximus, praecipue apud posteriores scriptores, numerus legitur, quamquam iam apud oratores talia inveniuntur. παρὰ τοιοῦτον καιρὸν ἐν ᾧ καὶ τῶν εὖ πεπονθότων ἔργον ἦν εὑρεῖν Dem. Lept. 41. παρὰ τοὺς μεγίστους καιρούς ib.

44. 159 temporibus longe difficillimis atque gravissimis. *τὸ ταῦτα πάσχειν ταχέως καὶ παρὰ βραχὺν καιρόν* Arist. de virt. et vit. 1251 a 9. *παρὰ τὸν πόλεμον* Isocr. III 24. *παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοὺς πολέμους* Aeschin. III 170. simil. Plut. vit. Lyc. XXII cf. Wyttenb. Animadv. in Pl. I 272. *ὥστε μεῖζον τότε φανῆναι τὸ γεγονὸς ἢ παρ' αὐτὸν τὸν τῆς μάχης καιρόν.* Polyb. III 18. 85. Plut. vit. Flaminin. VII f. *παρ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον* Polyb. V 20. 41. *παρὰ τὰς μάχας* Plut. v. Cleom. II. vit Nic. XXV. Mar. XI. XXVIII. Arat. XXIX. *παρὰ τὰ Κελτικά* tempore incursionis Gallorum vit. Rom. XXII. et permultae eiusmodi locutiones apud Plutarchum. *εὐήθεις ἔτι καὶ παρὰ τὴν τελευτὴν διαμένοντες* i. e. stolidi etiam in ipsa morte manentes Lucian. Nigr. XXX. *γάμος εἰς ὃν παρὰ τὴν πρώτην ἡμέραν κεκλήσομαι* Alciphr. III 49, 4. *παρὰ τὸν τοῦ πολέμου θόρυβον* Heliod. Aeth. II 12. *παρὰ τὴν ἑταιρίαν* id. II 9. Vides igitur tempore procedente hunc usum increbruisse ita ut primaria praepositionis vis omnino imminuta, imo sublata sit.

Tertii generis exempla ea sunt quibus alteram rem fieri antequam altera peracta sit indicatur, de quo usu optime Taylorus (ad Dem. de cor. § 13) et acutissime egit; deinde Buttmannus (in indic. Dem. orat. Mid.); denique Funkhänelius (in Jahnii annal. Vol. LXXVII 1858 p. 320.) qui recte contendit volgarem interpretationem quae est statim post non satis accuratam sed ita has dicendi formulas explicandas esse ut res gestas quasi geri cogitatione nobis fingamus, vel rel gestas et condiciones inde effectas eiusdem temporis esse. Plura huius generis exempla apud Demosthenem exstant: *παρ' αὐτὰ τὰ συμβάντα* de cor. 285. h. e. cum ad sensum spectamus statim post has res gestas vel quomodo Voemelius optime reddidit clade adhuc recenti, quapropter paene eadem sententia dictum est atque quod § 226 legimus *ἐγγὺς τῶν ἔργων.* Si vim praepositionis accurate reddere volumus: rebus tum gestis commotus, impulsus, interpretanda sunt haec verba. Eadem oratione § 13 haec leguntur: *ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τἀδικήματα*

χρῆσθαι § 13. φυγὼν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους. § 15. 226. παρ' αὐτὰ τἀδικήματα τὴν τιμωρίαν ποιεῖσθαι orat. in Mid. 26. 215. ἁπάντων δ' ἀνθρώπων εἰωθότων παρ' αὐτὰ τἀδικήματα μᾶλλον ἢ χρόνων ἐγγεγενημένων ἀγαναχτεῖν id. XXXVII 7. [14])

§ 22.

Ex intellectu locali etiam ille praepositionis παρά usus, ex quo *alternationi* cuidam significandae usurpatur derivandus videtur esse, cuius usus apud Atticos scriptores paucissima tantum exempla reperiuntur; et primum quidem de eis locis ubi substantivum eodem substantivo cum παρά repetito legitur disputabimus; quam rationem dicendi primariam fuisse et per se intellegitur et optimorum scriptorum usu confirmatur.

Τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει προσθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν; Soph. Aiac. 475. quae verba proprie significant: quid enim delectationis habet dies alius iuxta alium sc. positus, cum nihil nisi de moriendi necessitate aut addat aliquid aut differat; hoc est: quid dies diem sequens etc.

Eadem sententia videtur latere in loco corruptissimo Sophocleo (Oed. Col. 1455) ubi codd. hanc scripturam praebent ὁρᾷ, ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἕτερα τόδε πῆματ' αὖθις αὖξων ἄνω etc. Primum apparet verbum aliquod participio αὔξων respondens desiderari, quod verbum voce ἐπεί, explicationis gratia, ut videtur adscripta, e textu submotum esse coniici potest. Nauckius e scholiastae scriptura τρέπων στρέφων elicuit. Deinde pro voce πῆματ' omni sensu carente Canterus scholiastae lectionem παρ' ἦμαρ in textu reposuit, unde haec sententia efficitur: videt, videt

14) Ex hoc usu composita παραυτά. παραυτίκα. παραχρῆμα orta et explicanda sunt.

Etiam nostra lingua eiusmodi locutiones habet velut *bei gethaner arbeit ist gut feiren.* Frank. Spr. I 61b. *ich werde dir bei meiner ankunft schreiben.* vid. Grimm. Lex. I 1355.

haec semper tempus, alia quidem praecipitans, alia rursus erigens diem ex die s. singulis diebus i. e. *Tag für Tag* (sed nulla ratione significare potest *post unum diem*, quae est Nauckii interpretatio). Confiteor me vehementissime dubitasse num Sophoclem locutione *παρ' ἦμαρ* sententia adverbiali usum esse putare liceat; neque locum Aristotelis (hist. anim. 571 a 21) ubi *παρ' ἡμέραν* eodem intellectu usurpatum est, dubitationem sustulisse; verum locus Lysiae simillimus XXX 21 probandam esse Canteri coniecturam videtur demonstrare *ὃς ἐν δυοῖν ἐτοῖν πλείω ἢ δὴ τοῦ δέοντος δώδεκα ταλάντοις ἀνάλωσε, παρ' ἕκαστον δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ἐπεχείρησεν ἓξ ταλάντοις τὴν πόλιν ζημιῶσαι* i. e. in singulos annos.

Reliqui quos apud scriptores Atticos locos repperi, ubi *παρά* cum accusativo alternationem indicat hi sunt: Xanth. *πῶς οὖν βασανιεῖς νὼ δικαίως;* Aeac. *ῥᾳδίως· πληγὴν παρὰ πληγὴν ἑκάτερον* Arist. Ran. 643. *παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα μοῖρα διώκει* Eur. Heraclid. 611. *μέγα τι ἡμέρα παρ' ἡμέραν γιγνομένη, γνώμην ἐξ ὀργῆς μεταστῆσαι καὶ τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν τῶν γεγενημένων* Antiph. V 72. *ἀντικατατείνοντες λέγωμεν αὐτῷ λόγον παρὰ λόγον* Plat. resp. 348 A. Saepius sed apud recentiores tantum scriptores velut apud Plutarchum (ex. gr. vit. Ag. II 5), Lucianum (de conscr. hist.), Alciphronem (III 43, 2; 66, 3), sed iam apud Aristotelem (Polit. 1261 b 4 cf. Euckenium de praep. usu apud Arist. p. 59.) *παρὰ μέρος* ita usurpatur ut significet *alternis vicibus;* de quo usu accuratissime et acutissime disputavit C. F. Hermannus ad Luc. de conscr. hist. p. 7. 9 Adn. cf. Plut. Mor. 106. E *τοῦτο ἓν παρ' ἓν ποιεῖν ἀδιαλείπτως* ibique F *ὁ περὶ ἡμᾶς ἀήρ, ἓν παρ' ἓν ἡμέραν καὶ νύκτα ποιῶν* i. e. alternis vicibus.

A significatione alternationis proxime abest *intermissionis* vel *alternae cessationis* intellectus quem *παρά* cum accusativo coniunctum apud scriptores inferioris aetatis inde ab Aristotele nonnumquam habet, cuius usus tria genera sunt:

I. ubi substantivum eodem substantivo cum παρά repetito positum est velut τοὺς μὲν οὖν Ἀνδοὺς ἐν τῷ λιμῷ λέγουσι διαγαγεῖν ἡμέραν παρ' ἡμέραν τρεφομένους Plut. Moral. (Tom I p. 520 s. Wytt.)

II. ubi substantivum cum nomine numerali exstat velut καὶ ταῖς μὲν συνεχῶς καθ' ἕκαστον ὀλιγάκις τὰ καταμήνια φοιτᾷ, παρὰ δὲ μῆνα τρίτον ταῖς πλείσταις Arist. Hist. an. VII 2. διὰ τὸ παρὰ μίαν (sc. ἡμέραν) ἐκ τῶν εἰθισμένων μεταλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν τοὺς ὑπάτους Polyb. III 110, 4. VI 40, 9. οὐ γὰρ ἐξ μῆνας ἀλλὰ παρ' ἓξ μῆνας ὁρῶμεν αὐτήν Plut. Mor. 942 F non sex menses, sed sexto quoque mense.

III. ubi substantivum per se positum est velut apud Aristotelem ὀχεύειν καὶ ὀχεύεσθαι παρ' ἔτος de gener. anim. 757 a 7. εἰωθὼς παρ' ἐνιαυτὸν στρατηγεῖν Plut. Cleom. XV 1. Arat. XXXVIII. τοὺς νεανίσκους — ὁμολογίας θέσθαι πρὸς ἀλλήλους (se. Eteoclem et Polynicem) παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν Diod. Sic. IV 65. ἐπήγαγε παρ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον Plut. Num. XVIII. i. e. alternis annis post Februarium inseruit mensem intercalarem. Similia vit. Aristid. V. Arat. XXIV. XXX. XXXVIII. παραφυλάξας ὅτι παρ' ἡμέραν ἐπὶ ποτὸν ἄγουσι τὰς ἀγέλας, Long. Past. I 20: τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν Ἅιδου εἰσίν. Luc. deor. dial. XIV 2.[15])

E locali usu praepositionis παρά qui alteram rem iuxta alteram poni significat, notio *comparandi* efficitur de qua

§ 23

dicendum est, cuius usus permulta exempla verbis τιθέναι παραβάλλειν θεωρεῖν σκέψασθαι ἐξετάζειν similibus ad-

15) Similiter nos ubi alternatio indicatur praepositione *bei* utimur: *Stets Pfeiler bei Pfeiler zerborst und brach.* Bürger, 37 a. *sie nähertен sich Paar bei Paar.* Gessner Daphnis 10. vid. Grimm. lex I. 1354

ditis apud Platonem et oratores exstant haec velut *δόξας τιθέασι παρ' ἀλλήλας* Plat. Soph. 230 B. *λῦπαι καὶ ἡδοναὶ παρ' ἀλλήλας τιθέμεναι, αἱ μὲν ἡδοναὶ παρὰ τὸ λυπηρὸν μείζους φαίνονται, λῦπαι δὲ αὖ διὰ τὸ παρ' ἡδονὰς τοὐναντίον ἐκείναις* id. Phileb. 42. resp. 361. *ἡ παρ' ἀλλήλας θέσις* resp. IX 586. (cf. *μερῶν παρὰ μέρη θέσις* Plut. Mor. 1080 A) *τιθεὶς ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν τῶν Ρωμαίων πραότητα παρὰ τὴν Καρχηδονίων ἀπιστίαν* Polyb. III 100. *τὰς μεγίστας τῶν πράξεων παρ' ἀλλήλας τιθέντες ἐξετάζειν* Isocrat. III 17. XII 252. *ὁ ἔλεγχος παρὰ τὸν ἔλεγχον παραβαλλόμενος* Plat. Gorg. 475 E. ib. 472 C. *ταῦτα παρ' ἄλληλα θεωρεῖν* Isocr. VIII 74. Dinarch. I 82. *σκέψασθε παρ' ἄλληλα* Dem. Lept. 163. *βίον χρὴ παρὰ βίον ἡδίω καὶ λυπηρότερον ὧδε σκοπεῖν* Plat. leg. V 733. *ἐξέτασον παρ' ἄλληλα* Dem. de cor. 265. *παρεξετάσαι αὐτοὺς παρὰ τούτους* id. XXIV 132. *ἀντεξετάζεσθαι παρά τινα* Plut. Timol. XXXVI *ἐπιδείξαντες τὰς σφετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ᾠδάς* Plat. leg. VII 817. simil. Plut. Cat. min. VIII.

Verum etiam nullo eiusmodo verbo adiecto *παρά* sententia comparativa usurpatur, quamquam hoc rarius esse negari non potest. velut *στόλων — πολλῷ δὴ μέγιστος οὗτος ἐγένετο, ὥρτε μήτε τὸν Δαρείου τὸν ἐπὶ Σκύθας παρὰ τοῦτον μηδὲν φαίνεσθαι μήτε τὸν Σκυθικόν* Herod. VII 20. *παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα ὥρπερ θεοὶ ἄνθρωποι βιοτεύουσι* h. e. homines cum reliquis animalibus comparati. Xenoph. Com. Socr. I 4, 14. *φαίνεται παρὰ τὸ ἀλγεινὸν ἡδὺ καὶ παρὰ τὸ ἡδὺ ἀλγεινὸν ἡ ἡσυχία* Plat. resp. IX 584. leg. VII 806. cf. Phileb. 42. *παγκάλην λέγεις παρὰ φαυλὴν παιδιάν* Phaedr. 276 E. *ὥρπερ παρὰ σκιὰς ἀληθὲς πρᾶγμα* Men. 100. i. e. quasi res vera cum umbris collata. et similes loci eiusdem scriptoris velut Phaedr. 236 D. Hipp. mai. 281. leg. 927 E. Theag. 128 B. *λέγων τι καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν* Heges. (Mein. IV 479 v. 3). *τί τούτῳ πέπρακται παρὰ ταῦτα;* Dem. fals. leg. 174. *παρ' ἄλληλα γὰρ ἐστὶ φανερώτερα* ibid. *θεσπέσιος ἂν φανείη Ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους* Arist. poet. 1459 a 30. *οἷον νήφων ἐφάνη παρ' εἰκῇ λέγοντας τοὺς πρό-*

τερον id. metaph. 984 b 17. et sim. cf. Euckenium (de praep. usu ap. Arist. p. 60.)

E natura comparationum sequitur ut plurimis locis cum verba vel comparativa vel superlativa vel vim comparandi habentia adiecta sunt, παρά cum accusativo eo de quo agitur intellectu usurpatum sit, cuius dicendi rationis unum exemplum apud Herodotum repperimus qui scripsit γενοίατ' ἂν παρὰ τὴν ἑωυτῶν φύσιν ἀμείνονες VII 103, duo apud Thucydidem: χειμὼν μείζων παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν IV 6 et ἥλίου ἐκλείψεις αἳ πυκνότεραι παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα ξυνέβησαν I 23, 3. apud Platonem haec sunt: αἱρέσεις τῶν τοιούτων πλείονς ἔσονται παρὰ τοὺς ἄλλους rep. V 468. i. e. saepius eligendos esse quam ceteros; Phaedr. 285. rep. 294 C. 296 B. 300 C. Phaedr. 236 B. τὰ τῶν ξένων καὶ εἰς τοὺς ξένους ἁμαρτήματα παρὰ τῶν πολιτῶν (sc. ἁμαρτήματα) εἰς θεὸν ἀνηρτημένα τιμωρὸν μᾶλλον Plat. leg. V 729 E.[16]) Apud Aristotelem, auctore quidem Euckenio (l. l. p. 61.), παρά cum accusativo praecedentibus comparativis rarissime legitur, saepius tamen in commentatione de plantis 817 b 32. 819 b 38. 821 a 18.

Plutarchi haec exempla afferre liceat: τῆς ἀϊδίον εὐδαιμονίας αἱρετωτέρας γινομένης παρὰ τὴν ἀμεριταίαν de Stoic. rep. 1046 D. ὡς τὰ θερμὰ παρὰ τὰ ψυχρὰ θερμότερα καὶ τὰς ἡδονὰς παρὰ τοὺς πόνους σφοδροτέρας, οὕτω τὰ λαμπρὰ φαίνεσθαι παρὰ τὰ σκοτεινὰ φανερά de fac. in lun. 933 C. παρὰ τοὺς ἄλλους δικαιότερον κοσμεῖν θεόν Iulian. ep. 24. (p. 39.). ἐμοὶ πρὸς σὲ πεποίηται παρὰ τοὺς ἀλλους ἰδιαίτερον ἐπιστολῆς εἶδος ep. LXIII in.

Unum tantum locum ubi superlativus legitur repperi: ἰχθὺν ὃν παρὰ πάντας ἀεργότατον τέκεν ἅλμη Opp. Hal. II 200. Denique eos locos ubi verbum comparativam no-

15) Eadem ratione in comparationibus praepositione πρός Graeci usi sunt velut Thuc. III 37, 3. VIII 41, 1. Xen. Mem. III 5, 4. Herod. II 35.

tionem continens exstat afferam: *ῥᾳδίως ἀνὴρ εἷς παρὰ τοὺς δέκα διαφέρει* Xen. Oecon. XX 15. *διαφέρει παρὰ σὲ τούτῳ* Polyb. X 27, 5. *πολλὰ παρὰ τὰ νῦν λεγόμενα διάφορα* Plat. leg. II 662. Theaet. 144. *ὥστε διάδηλος εἶναι παρὰ τοὺς ἄλλους εὐτακτῶν* Xen. Mem. IV 41.

Postremo de eis locis dicamus ubi nulla notione comparativa addita *παρά* sententia *plus quam*, *prae* usurpatum est, de qua re dignus qui legatur grammaticus Crameri (Anecd. Oxon. I 338). *παρά· λαμβάνεται δὲ πολλάκις καὶ ἀντὶ τῆς ὑπὲρ· οἷον· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ τοὺς υἱούς.* Cuius usus apud scriptores Atticos paene nulla exempla exstant, praeter unum Xenophontis et duo Platonis: *ἑκὼν ἐπόνει παρὰ τοὺς ἄλλους* Xen. Ages. V 3. et *ἃ τῷ ῥαψῳδῷ προσήκει καὶ σκοπεῖσθαι καὶ διακρίνειν παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους* Pl. Io. 539 E. *οὕτω σφόδρα παρὰ τοὺς ἄλλους δυστυχεῖν* Lach. 183. Percrebruisse videtur haec dicendi ratio apud recentiores scriptores: *εἰ δὲ Θεοφράστῳ πιστεύομεν, ἀνδρὶ φιλικόῳ καὶ ἱστορικῷ παρ' ὀντινοῦν τῶν φιλοσόφων* Plut. Alc. X. *παρὰ τοὺς ἄλλους εὐδοκιμοῦσιν οἱ Σπαρτιᾶται* Plut. Alc. X. *Ἰακὼβ δὲ ἠγάπα τὸν Ἰωσὴφ παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ* Genes. XXXVII 3. LXX. cf. Hesychium· *παρὰ πάντας· ὑπὲρ πάντας.*

Ex comparativo usu etiam ea praepositionis *παρά* vis ex qua exclusionem significat derivanda videtur esse, cum duarum rerum compositarum altera excludi cogitetur [17]), unde fit ut plerumque quidem comparativo quodam vel verbo comparativi notionem continente adiuncto et quod rarius factum est, verbis negativa significatione praeditis *παρά* usurpetur, a quo usu proxime abest is de quo postea dicendum erit. Cuius loquendi rationis exemplorum maxi-

17) eodem intellectu Latini praepositione *praeter* usi sunt velut: nec quidquam aliud est philosophia praeter studium sapientiae. Comparari possunt zendicae praepositiones *para* c. dat. et *paraget* c. abl. et *parô* c. abl. et gen. coniunctae, quae ex eadem cum *παρά* radice ductae *extra*, *praeter*, significant.

mus apud Platonem numerus exstat, velut *παρὰ ταῦτα εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω* Phaedr. 235 C. E. 74. A. leg. VII in. *μὴ ἐξέστω παρὰ ταῦτα ἕτερα προστάτειν* Polit. 295 E. republ. I 337 E. *γράφειν παρὰ ταῦτ' ἕτερα* Dem. de cor. 139. *ἕτερα λέγοντες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα* Xen. Cyr. I 6. 2. *παρὰ ταῦτα φάναι ἄλλα* Plat. Gorg. 507. Phaed. 80. 170. *παρ' ἃ βασιλεὺς ἐπέστειλεν αὐτῷ ἄλλα ποιεῖν* Xen. Hell. I 5. 5. *οὐδεὶς ἔχοι παρὰ ταῦτ' εἰπεῖν ἄλλο οὐδέν* Dem. de cor. 235. *παρ' ἐκεῖνα τὰ γράμματα ἄλλα ὑποθέσθαι* Plat. Pol. 295 C. *οὐδὲ μὴν ποιεῖν τι οὐδέ τι πάσχειν ἄλλο παρ' ἃ ἂν ἐκεῖνα ᾖ ποιῇ ἢ πάσχῃ* Phaed. 93 A. leg. VI 754 E. *πότερον ἐπιστήμην τὸ ἀγαθὸν φῂς εἶναι ἢ ἡδονὴν ἢ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα.* rep. VI 506. X 603. leg. VII 799. III 693. Tim. 51. Lys. 213. ad quarum locutionum exemplar Aristophanes composuit: *οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα* Nub. 698. Vesp. 1166. Pac. 110. *ἐπιδόσιμον παρὰ τἄλλα τοῦτ' ἔσται* Alex. com. (Mein. III 409) i. e. accessorium hoc praeter alia erit. *ἔτι δέ σοι παρὰ τοῦτο* (praeterea) *κάνδαυλον παραθήσομεν* ibid. p. 462. *οὔτε γὰρ τὰ μὴ ὄντα δυνατὸν δοξάσαι οὔτε ἄλλα παρ' ἃ ἂν πάσχῃ* Plat. Theaet. 167 A. *ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν παρὰ τὴν τούτων παιδείαν.* rep. VI 492 E. *καὶ ἄλλη τις παρὰ τὰ εἰρημένα ὁδὸς τείνει* Long. de subl. XIII 2 i. e. alia insuper via. Apposito nomine numerali: *τρίτον παρὰ τὰ δύο ἐκεῖνα* Plat. Soph. 243. 250. *τρίτη διάθεσις παρὰ τήν — καὶ παρὰ τήν —* Phileb. 33 i. e. tertius status praeter gaudentis et praeter dolentis habitum. Addito verbo quod est negandi vi praeditum: *ἄλλο παρὰ τοῦτο οὐδέν* Theaet. 156. *δοκέοντες παρὰ ταῦτα οὐδ' ἂν τοὺς σοφωτάτους ἀνθρώπων Αἰγυπτίους οὐδὲν ἐπεξευρέειν* Herod. II 160 in. i. e. ne Aegyptios quidem quidquam praeterea posse reperire. denique Thucydidis locum afferam: *τῶν πάντων ἀπεριόπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν* I 41, 2. quem imitatus videtur esse Dionysius (Antiq. II 11.) *οὐδενὸς τῶν ἀνηκέσιων ἀπέχονται παρὰ τὸ νικᾶν.*

§ 24.

Comparativam vim praepositio *παρά* etiam in quibusdam locutionibus habet verbis aestimandi additis, ubi praepositione cum neutro adiectivi quantitatis coniuncta gradus aestimationis indicatur; quales locutiones apud optimos scriptores perpaucae exstant; increbrescunt vero inde ab Alexandri Magni tempore. [18])

παρ᾽ οὐδέν ἐστι ταῦτα Soph. O. R. 983. Antig. 466. Eur. Or. 569. *τὸ πρᾶγμ᾽ ἄγειν οὐχ ὡς παρ᾽ οὐδέν* Soph. Antig. 35. *λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους παρ᾽ οὐδὲν — ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς* Aesch. Ag. 215 *φοβῶ μὴ θῆται παρ᾽ οὐδὲν τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς* Eur. Iph. T. 732. *οὐσίας δι᾽ ἀμέλειαν ἀπολλυμένης παρ᾽ οὐδὲν τίθεται* Pl. Phaedr. 252 A. *παρ᾽ οὐδὲν ἐποιοῦντο τὸν Κλέανδρον* Xen. An. VI 6. 11. *παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι τὸ παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν* Isocr. V 79. (Alciphr. I 29, 5.) *παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι τὴν φιλοσοφίαν* Pseudodem. Erot. 51. *παρ᾽ ἔλαττον τοῦ δέοντος ἡγησάμενοι τὰ μουσικῆς* Plat. resp. VIII 546. *παρ᾽ οὐδὲν ἡγούμενος τὰς ὑμετέρας συνθήκας* Dem. de cor. 164. *πότερα παρ᾽ οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ᾽ ἔτι* Soph. El. 1319. quia in verbo *κήδεσθαι* aestimandi notio inest. Denique huc pertinere videtur locus Aeschyli Eum. 212 *παρ᾽ οὐδὲν ἐρκέσω Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματα* (Medic., *ἀρκέσω* Par.) Quam scripturam corruptam Bothius in *ἀρκέσει* mutavit, Wellauerus in *ἠδέσω*, quod ad exemplum locutionum allatarum optime dictum quin cum Franzio et Hartungio in textu reponendum sit ne minime quidem dubito. Hermanni coniectura *παρ᾽ οὐδὲν ἵκέ σοι* loci conexu accurate examinato non placet, quippe qua haec significatio efficiatur: nullum exitum habuere. cf. *παρὰ σμικρὰ γὰρ καὶ τῶν λογίων ἡμῖν ἔνια κεχώρηκε* Herod. I 120 in exiguum quiddam etiam oraculorum nonnulla exierunt i. e.

18) cf. Valckenarium de his locutionibus disserentem in Diatr. p. IX a. qui nonnullos e recentioribus scriptoribus locos attulit.

levem vel pusillum exitum habuere; quod ad sensum non valde differt ab eo quod statim sequitur ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται.

Ab intellectu eo quem παρά cum accusativo coniunctum in his de quibus diximus locutionibus habet proxime abest ea significatio qua in hisce de quibus iam exponendum est, usurpatum videtur esse. Quarum locutionum duo genera distinguenda sunt.

I. παρά cum accusativo adiectivi quantitatis dictum (raro cum substantivo, addito nomine quodam numerali) simpliciter cum quolibet verbo coniungitur, quo genere duae species locutionum continentur:

a) locutio παρὰ πολύ, numquam usurpata nisi additis verbis comparativum intellectum habentibus, quae respondet nostrae linguae *bei weitem*, Latinorum multo. Qua locutione usque ad quem gradum notio verbi adiecti valeat indicatur.

b) locutiones παρὰ μικρόν, παρ' ὀλίγον (rarissime παρὰ βραχύ) ad verba comparativam notionem habentia non adpositae nisi apud inferioris aetatis scriptores cum nostrae linguae dicendi rationibus *beinahe, bei einem Haar* congruunt. Ab optimis scriptoribus ad quaelibet verba adiunguntur ea sententia ut significetur paullum abfuisse quin quod verbo apposito indicaretur factum esset; hoc est

α) aut *vix* β) aut *ne vix quidem* i. e. *propemodum* factum esse, quae locutiones transitum faciunt ad

II. secundum genus, cuius proprium est ut locutiones παρὰ μικρόν, παρ' ὀλίγον et similes (numquam παρὰ πολύ) cum verbo ἐλθεῖν (rarissime γίγνεσθαι vel ἥκειν) coniungantur, e qua coniunctione

a) aut genetivus substantivi cuiusdam pendet, quod non fit nisi praecedente locutione παρὰ τοσοῦτον ἦλθε

b) aut infinitivus suspensus est, cui apud recentiores scriptores nonnumquam genetivus articuli praepositus est.

Secundi generis locutiones eadem qua primi generis species altera ratione explicandae sunt quippe qui-

bus significetur quantum abfuerit quin id quod verbo indicaretur factum esset. [19])

Sed videamus iam de singulis et quae contendimus exemplis probemus. Et primum quidem de locutione *παρὰ πολύ* dicendum est quam semper praecedentibus vel comparativis vel superlativis vel verbis comparativa vi praeditis legi supra diximus; quae sexies apud Thucydidem reperitur: *ἐνίκησαν παρὰ πολύ* I 29. 4. *παρὰ πολὺ ἡσσηθέντες* II 89, 4. *παρὰ πολὺ πιθανώτατος* III 36, 6. *Λακεδαιμόνιοι τὰ τῶν Χίων παρὰ πολὺ προςεδέξαντο μᾶλλον* VIII 6. 3. *ἡ δὲ εὔνοια παρὰ πολὺ ἐποίει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους* II 8. 4. quem locum imitatus est Appianus (bell. civ. I 82): *ἡ εὔνοια τῶν ἀνδρῶν ἐς τοὺς ὑπάτους παρὰ πολὺ ἐποίει.* Denique apud Thucyd. II 89. 5 legimus *ὅτι οὐκ ἂν ἡγοῦνται μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παρὰ πολὺ πράξειν ἀνθίστασθαι ὑμᾶς* ubi Classenii interpretationem probare non possum, quia semper apud Thucydidem ad verbum comparativum *παρὰ πολύ* appositum est; quapropter Krügero e verbis praecedentibus ‘νενικηκέναι’ cogitatione addi jubenti adsentior. Cum superlativo dictum est *παρὰ πολύ* ab Aristophane (Plut. 446) *δεινότατον ἔργον παρὰ πολὺ ἔργων ἁπάντων ἐργασόμεθα* et ab Anaxandro com. (Mein. III 181) *τῶν ὄψων μέγιστον παρὰ πολύ.* Permulta huius locutionis exempla apud Polybium exstant velut *διὰ τὸ παρὰ πολὺ ἱπποκρατεῖν* III 92. 111. XVI 6. *παρὰ πολὺ ἐλάττους ὄντας τῶν ἐναντίων* II 32. XVI 6. *μεγέθει παρὰ πολὺ διαφέρειν* I 55. *διὰ τὸ σκληρότατον παρὰ πολὺ ἔχειν ἀέρα καὶ τόπον* IV 21 etc. [20]) Locutiones *παρὰ πολύ* et *παρὰ μικρόν* in uno enuntiato

19) Itaque cum omnes huiusmodi locutiones una eademque ratione explicari possint refellenda videtur et eorum sententia, qui locutionem *παρὰ τοσοῦτον ἦλθε κινδύνου* interpretati sint *eo* discriminis adductus et qui notionem praepositionis h. l. *praeter* esse putent: praeter tantum discrimen vel discriminis praetereuntes.

20) De adverbio *παραπολύ* cum genetivo coniuncto (velut *παραπολὺ τῆς ἀληθείας*) exposuit Bernhardyus in Paralip. synt. gr. p. 61.

leguntur: *οὐ γὰρ ᾠμην οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι ἀλλὰ παρὰ πολύ* Plat. Apol. 36. i. e. neque enim putabam fore ut tam parum sed ut multo differrent, vel putabam non tantulum sed longe plurimum discriminis futurum. [21])

Ex eadem ratione explicanda, sed sententia contraria dicta est locutio *παρὰ μικρόν* verbis comparativis adiectis; quae nisi apud recentiores scriptores non invenitur, velut apud Polybium: *παρὰ μικρὸν ὑπερέχειν* II 38. *οὐ παρὰ μικρὸν ἦν κρεῖττον* haud paullo melius XII 20. 7. *οὐ παρὰ μικρὸν ἐνίκησαν οὐδ' ὡς φοβῆσαι μόνον Λακεδαιμονίους ἀλλ' ἐκβαλόντες — ἀνήγαγον εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς τάξιν τὴν πόλιν* Aristid. Panath. p. 284. Dind.

Sed longe plurimis locis locutiones *παρ' ὀλίγον, παρὰ μικρόν* simpliciter ad quaelibet verba adpositae paullum abfuisse significant quin quod verbo indicaretur factum esset; unde significatio aut *vix* aut *propemodum* efficitur, quas una enuntiatione comprehendit Thucydides, brevitatis studiosissimus VII 71: *ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφυγον ἢ ἀπώλλυντο* i. e. semper enim parvo intervallo aut — aut i. e. *vix* effugerunt aut *propemodum* interierunt. Intellectum particulae *vix* habet *παρὰ μικρόν* in hisce locis: *παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον* Eur. Iph. T. 870. *οὐ γὰρ παρὰ μικρὸν ἐποίησαν ἀλλὰ τοσοῦτον τὰς τύχας ἑκατέρων μετέλλαξαν* Isocr. Paneg. 59. *ἐγὼ — οὐ παρὰ μικρὸν ἀγωνιζόμενος παρ' ὑμῖν ἀπελυσάμην, ἀλλ' ὥστε τὸ πέμπτον μέρος μὴ λαβεῖν τοῦτον τῶν ψήφων* Dem. XXII 3. *παρὰ βραχὺ φυγὼν τὸν κίνδυνον* Alciphr. III 5. 3.

Notionem *propemodum* *παρὰ μικρόν* habet in hisce locis *τὴν πολιτείαν σαλεῦσαι καὶ λυθῆναι παρὰ μικρὸν ἐποίησαν* Isae. VIII 95. *Μέγαρα ἑάλω παρὰ μικρόν* Dem. X 9 (quae

21) Quod dicendi genus Graeci usque ad nostra tempora servaverunt, quibus usitatum est *παρὰ πολὺ καλλίτερος*, quique verba *παρὰ πολλά* comparativo addito simili intellectu usurpant, valent enim paene idem quod antiquorum Graecorum particula *λίαν*. v. Mullach. Gramm. der griech. Vulgärspr. p. 383. adn. 2.

oratio spuria habetur) saepissime apud recentiores scriptores velut apud Polybium et Plutarchum: *Ἀννίβας παρ' ὀλίγον εἰς τὸ παραπλήσιον ἁμάρτημα ἐνέπεσεν* Pol. I 21. *τὴν ναῦν παρ' ὀλίγον ἔλαβον* I 25. *παρ' ὀλίγον κινδυνεῦσαι τῷ βίῳ* V 40. simil. XXIX in. XVIII 29, 12. XVI 12. 11. *καὶ παρ' ὀλίγον πρὸ τῆς μάχης συνέτυχε ταῦτα τὰ γράμματα κομισθῆναι πρὸς αὐτόν* i. e. parum abfuit quin ante pugnam litterae afferrentur; quae si allatae essent pugna facta non foret. Plut. Cleom. XXVII 3, ubi dignissima quae legatur Schömanni adnotatio exstat de vi huius locutionis disserentis; hic enim optime Franco-Gallorum formulam *à peu près* cum graeca convenire contendit, quae item paullulum quid deesse indicet rei quominus ad effectum perveniat atque Romanos nonnumquam eadem sententia usurpasse docet *paullo minus*, allato exemplo e Suetonii vita Tib. XXXIX.

Nonnumquam etiam praepositione *παρά* cum accusativo substantivi addito nomine numerali distantia significatur. Hoc saepius apud oratores, semel apud Herodotum fit: *παρ' ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν* IX 33 h. e. praeter unum ludicrum ei processit vincere, ubi simillimum e Dion. Chrysostomo locum (orat. IX p. 141 D.) Wesselingius attulit: *ὥστε, ἔφη, παρ' ἓν μόνον βῆμα εὐδαίμων γέγονας* i. e. uno gradu quominus beatus censeare, vinceris. Oratorum loci quos repperi hi sunt: *παρὰ τέτταρας ψήφους μετέσχε τῆς πόλεως* Isae. III 37. (cf. Schömannum). *παρὰ δύο ψήφους ἀπέφυγε* Hyp. II 13, 10. *παρ' ὀλίγας ψήφους ἐτιμήσατε* Dem. XXIV 138. *παρὰ τρεῖς ἀφεῖσαν ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι* XXIII 205. (paullo ante dixerat *τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διήνεγκαν τὸ μὴ θανάτῳ τιμῆσαι*) ad quorum locorum exemplar Plutarchus (vit. Dem. XV fin.) scripsit: *παρὰ τριάκοντα μόνας τὸν Αἰσχίνην ἀποφυγεῖν.*

Quibus expositis ad secundi generis quod statuimus, exempla afferenda transeundum videtur esse.

a) *παρὰ τοσοῦτον μὲν ἦλθεν ἡ Μυτιλήνη κινδύνου* Thuc. III 49, 3. et *παρὰ τοσοῦτον Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου* VII 2, 5. quos locos imitatus videtur esse Longus: *κινδύνου*

παρὰ τοσοῦτον ἐλθών Past. I 22 et παρὰ τοσοῦτον Λάφυς ἦλθε κακοῦ ibidem II 19. quae verba hac ratione explicanda videntur esse: tanto i. e. tam exiguo intervallo a periculo afuit.[22]) Genetivum autem e verbis παρὰ τοσοῦτον ἦλθε suspensum eundem esse qui propinquitati significandae inservit (cf. ἐγγύς. πλησίον τινός) mihi omnino cum v. d. Classenio (ad Thuc. III 49 f.) convenit. Genetivi autem locum etiam infinitivus obtinere potest, unde huiusmodi locutiones fiunt: Σάμος παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης ἀφελέσθαι Thuc. VIII 76, quem locum apertissime imitatus est Plutarchus (Pericl. XXVIII): παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάττης τὸ κράτος Ἀθηναίοις. Quae locutiones apud Atticos scriptores rarissime reperiuntur. παρὰ μικρὸν ψυχὴν ἦλθε διαναῖσαι Eur. Heracl. 296. i. e. parum abfuit quin vita spoliatus esset (cf. Pflugkium ad h. l.). παρὰ μικρὸν ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι Isocr. VII 6. VIII 78. παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἄκριτος ἀποθανεῖν id. XVII 42. XIX 22. παρ' οὐδὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι Aeschin. III 258. denique παρὰ τοσοῦτον ἐγένετο αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις Thuc. VIII 33 et παρὰ νύκτα ἐγένετο λαβεῖν id. IV 106, 3. Maximus autem huius dicendi generis exemplorum numerus apud inferioris aetatis scriptores et potissimum apud Plutarchum exstat velut παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν περιγενέσθαι Phoc. III. Tib. Gracch. XXI. Jul. Caes. XXXIX. Moral. 325 F. παρ' οὐδὲν ἦλθεν ἀναιρεθῆναι id. Cicer. XXXIX. Cat. Min. XI. Camill. VIII. Arist. XX. Pyrrh. IV. Pomp. III. Alex. XLII. παρ' ὀλίγον ἦλθεν (τὰ πράγματα) ἀπολῦσαι τοὺς καιτιαμένους Polyb. XXXIII 1, 4. παρ' ὀλίγον ἔσχεν ἡ πόλις ἁλῶναι Arr. exp. Al. I 23. Denique hoc commemorandum videtur esse a Polybio solo — reliqui enim scriptores ab-

22) cf. nostrae linguae locutionem *bei einem Haare*.

Exposuerunt de hoc usu Classenius ad Thuc. III 49 et Niemeyerus (Beitr. zur Erkl. u. Krit. des Thuc. Progr. Anclam. 1860 p. 10).

horruisse ab hoc usu videntur — infinitivo nonnumquam genetivum articuli additum esse, velut *παρ᾽ οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ πάσας ἀποβαλεῖν τὰς παρασκευάς* I 45. XXXIII 2. II 55. *παρ᾽ ὀλίγον ἦλθον τοῦ συμπεσεῖν* XVIII 2. XXXIII 2. (cf. Bernhardyi Paralip. p. 62.) quae constructio quin ad exemplar locorum Thucydideorum *παρὰ τοσοῦτον ἦλθεν ἡ Μυτιλήνη τοῦ κινδύνου* III 49. VII 2. a Polybio formata sit ne minime quidem dubito. [23])

Sed haec hactenus.

§. 25.

Iam restat ut de *παρά* cum accusativo ita usurpato dicamus ut id in quo quid positum est, vel ut germanice dicam ‚das worauf es ankommt' significet, a qua significatione intellectum *caussalem* proxime abesse nemo non videt.[24]) Quamvis enim F. A. Wolfius (ad Dem. Lept. 361.) et Ph. Buttmannus (Dem. Mid. ind. s. *παρά*) propriam apud Atticos scriptores notionem huius praepositionis unquam esse *propter* negaverint, sed illud sine quo vera caussa efficax non sit eam indicare contenderint, tamen saepissime inter hunc et illum intellectum nihil interesse omnes intellegent. (cf. C. F. Hermannum ad Luc. de conscr. hist. cap. XI.)

Prior usus satis rarus est. Legimus *ὑπολαμβάνοντες ὡς οὐ παρὰ τοῦτ᾽ ἐστίν, ἀλλ᾽ ὡς παρ᾽ ἕκαστον τῶν μερῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς τὸ σύμπαν ἔξον* Isocr. III 48. h. e. nihil igitur eorum quae vobis mandata sunt neglegite aut con-

23) A comparatione cum hisce locutionibus omnino abhorret quod legimus apud Thuc. VI 37, 3. *παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω*, quae verba, si recte tradita sunt (cf. Krügerum ad h. l.) nihil significare possunt nisi ad id iudicii procedo, tanta cum fiducia iudico. (Poppo.) so strong is my opinion on the subject. (Arnold.)

24) Vim caussalem etiam latina praepositio *per* et lituanica *pèr*, ex una cum *παρά* radice ductae habent. De theodisca praepositione *pi* (*bi*) cum accusativo de caussa usurpata exposuit Graffius (Spr. III 11. praep. p. 106).

temnite, arbitrati *ab his non pendere* etc. et *παρὰ τοῦτον γενέσθαι τὴν σωτηρίαν* apud eundem VI 52. Lyc. c. Leocr. 63. 64. 66. Din. I 72. *πάντ' γὰρ παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων* Dem. de cor. 232. *πολλὰ μὲν οὖν ἴσως ἐστὶν αἴτια τούτων καὶ οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο εἰς τοῦτο τὰ πράγματα ἀφῖκται* id. Phil. III 2. *τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων καὶ ποιούντων ἃ δεῖ — οὐδὲν ἂν παρὰ τοῦτ' οἶμαι γενέσθαι* id. XXV 48 (quae oratio spuria habetur.) *οὐ παρὰ μέγα ἐστί* Arrian. Anab. I 18, 11; 23, 5. *οὐ παρ' ἕνα τὰ Σπάρτας* Plut. Mor. 222 F. vit. Pelop. II i. e. non in uno homine salus Spartae posita est. de quo usu doctissime et acutissime pluribus recentiorum scriptorum exemplis allatis disseruit Wyttenbachius (Pl. Moral. VI p. 1059.)

παρά intellectu caussali apud scriptores Atticos raro usurpatum est semperque cum substantivis abstractis vel neutris coniunctum.

Primus Pindarus praepositione hac sententia usus videtur esse *οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ οὐδὲ πόντιον ὕδωρ κεινὰν παρὰ δίαιταν* i. e. ad inanem victum comparandum Olymp. II 71. Singula apud Thucydidem et Antiphontem exempla exstant. *παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν* Thuc. I 141, 7 et *δηλοῦται παρὰ τὴν αὐτοῦ ἁμαρτίαν* Ant. III *δ*, 5. Tragici poetae et Aristophanes nihil eiusmodi praebent. Verum inde a Demosthenis aetate increbruisse hanc dicendi rationem apparet. Demosthenes scripsit *οὐδὲ γὰρ οὗτος* (Philippus) *παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥᾳθυμίαν τοσοῦτον ἐπηύξηται ὅσον παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν* Phil. I 11. Mid. 96 (quem locum citat grammaticus in Bekk. Anecd. I 163 *παρά· ἀντὶ τῆς διά. ἐκ τοῦ κατὰ Μειδίου· καὶ ταῦτα πέπονθεν* etc.) de fals. leg. 42. XXXIV 52. LVI 34. *εἴπερ ἐνεδέχετο παρὰ τοὺς παρόντας καιρούς* de cor. 239 i. e. si fieri poterat per rationes temporum quae tum erant. *παρὰ μὲν γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν δαπάνας μικρὸν ἡμέρας μέρος ἡ χάρις τοῖς θεωμένοις ἡμῶν ἐστί· παρὰ δὲ τὰς τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν ἀφθονίας* etc. Lept. 26. Ex orationibus quae spuriae habentur haec

exempla apponam XXXX 20. XXIX 52. XLI 8, 42. Aristotelem saepissime praepositione *παρά* vi caussali usum esse demonstravit Euckenius (l. l. p. 61.). Usum Plutarchi facile ex indice Wyttenbachii cognoscas. Ex inferioris aetatis scriptoribus haec attulisse satis sit. *ἑκάστου γὰρ δὴ ἴδιόν τι καλόν ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο ἐναλλάξειας ἀκαλλὲς τὸ αὐτὸ παρὰ τὴν χρῆσιν γίγνεται* i. e. ipso usu, per ipsum hunc usum Luc. de conscr. hist. XI. (cf. Fritzschium Quaest. Luc. p. 125). *παρὰ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων* id. dial. mort. XII 5. *παρ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν* Diod. Sic. I p. 611. *παρὰ τὸ μῆκος* Iul. p. 8 D. *ἡ ἀρχαία Ἰὰς μετέπεσε παρὰ τὴν τῶν κατοικούντων περιτροπὴν* Greg. Cor. de dial. Ion. § 79.

Saepissime cum neutris pronominum coniuncta *παρά* praepositio intellectum caussalem habet.[25] *παρὰ τοῦτο* propterea Xen. Hipp. I 5. Plat. leg. IV 715. Dem. XXIV 214. Mid. 61. Aeschin. II 89. III 131. Polyb. III 16. XXVIII 11. de usu Plutarcheo v. Wyttenbachium. (Animadv. II 332.) Dionys. Hal. ep. ad Pomp. § 17. cf. Krügerum (Dionys. Hist. p. 40) *παρὰ τοῦτο ἀπολόμενοι παρ' ὅσον πλήθει ἐλάττους εὑρέθησαν* Herodian. VI 6, 12. i. e. ob id solum quod numero inferiores inventi sunt pereuntes. semel *παρὰ ταῦτα* legitur apud Demosthenem: Lept. 110 *παρὰ τί;* quam ob caussam? Dinarch. I 72. Polyb. I 32. XXVIII 11. *παρ' ἑκάτερον* ob alteram e duabus caussis Luc. de conscr. hist. X. (cf. Herm. p. 73). *παρ' ὅ* plerumque *παρό* scriptum Arist. mir. aud. 58. Plut. Mor. 895 E etc. Philo Iud. de circumcis. p. 625.

Ab usu caussali non admodum diversus est is, quo in etymis significandis ponitur, et primo quidem a Platone dictum est *χορούς ὠνομακέναι παρὰ τῆς χαρᾶς ἔμφυτον ὄνομα* leg. 654. Crat. 399 A. *παρὰ τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα ὅθεν γεγόνασιν οἱ ἵμερος παρημμένον ἐστὶν ὀνόματος χάριν*

25) Recentiores scriptores latini *per* hoc. *per* haec dixerunt pro *propterea*. cf. Handii Tursell. IV 445.

Cratyl. 398, saepissime a Plutarcho Moral. 441 B. 671 E. 723 B. vit. Marc. VIII. XXII etc. a grammaticis, scholiastis etc. [26])

Postremo ut tandem huic de usu praepositionis παρά cum casibus coniunctae quaestioni finem imponamus

§ 26.

de ea vi disserendum est qua quid praeter fines alicuius rei fieri indicatur; quae res cum semper ad animum translatae sint notionesque contineant ad mores pertinentes efficitur ut qui harum rerum fines praeterit, fines recti et iusti praetergredi cogitetur. Praetereundi autem notioni quia aberrandi proxima sit, praepositione παρά indicatur alteram rem cum altera non convenire, unde intellectus *contra* originem traxit. [27])

παρά hac sententia usurpatum fere semper cum accusativo substantivorum vel, quod rarius factum est, cum accusativo adiectivorum neutro genere dictorum coniunctum legitur; rarissime cum neutro participii alicuius vel pronominis relativi addito verbo quodam; unus Thucydides duobus locis παρά cum infinitivo adiecto articulo composuit. παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι I 77, 3. et παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν I 84, 2.[28])

---

26) Disseruerunt de hoc usu Bastius ad Gregor. Cor. p. 830, 31. et Schäferus ad eund. p. 353. Bruneckius ad Apoll. Rh. Vol. II p. 179.

27) Mirum est quod in hisce locutionibus ad animum pertinentibus praepositio παρά semper notionem *praeter* vel *contra* habet, cum quae est eius natura etiam de rebus quae *secundum* alias res fiant usurpari possit. Sed hac sententia Graeci praepositione κατά usi sunt. Una tamen locutio exstat ubi significationem primariam *secundum* παρά semper retinuit: παρὰ στάθμην, apud Theogn. 543. 945. Soph. frgm. 430, 5 ὥστε τέκτονος παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών, quapropter etiam in loco Aeschyli (Agam. 1004) haec verba *ad amussim*, non *praeter amussim* significare censebimus.

28) πέρα ex eadem cum παρά radice ortum hac vi usurpatur a Platone πέρα τοῦ δέοντος Gorg. 487 D. rep. V 104 τοῦ μετρίου πέρα Plut. de sol. anim. 959 B.

Quem usum latissime in lingua graeca patere nemo ignorat, cuius iam apud Homerum duo exempla exstant *N* 787 *Ξ* 509, undecim apud Pindarum, ita ut omnia afferre longum sit.

ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν Pind. Ol. II 6 (cf. Iulian. p. 43 A.) Isthm. VI 47. Eur. I. A. 397. frgm. 628, 6. Thuc. III 52. 84 etc.[29]) *παρὰ τὸ δίκαιον* Theogn. 200. Herod. V 92, 7. etc. saepius apud oratores velut Antiph. IV *α* 3. Isocr. II 24. III 50 etc. etc. Iul. ep. VII *παρὰ πάντα τὰ δίκαια* Dem. XL 61 etc. *παρ' αἶσαν* Pi. Pyth. VIII 13. Aesch. Suppl. 72 (opp. *κατὰ Διὸς αἶσαν* Solon. IV 1.) Apoll. Rh. *Γ* 613. *παρὰ καιρὸν καυχᾶσθαι* Pi. Ol. IX 41. VIII 24. *κομπεῖν* Pyth. X 4. Theogn. 199. Phocyl. XVI. Eur. Iph. A. 800. Thuc. II 65, 9 etc. (*καιροῦ πέρα* Aesch. Prom. 509) *παρὰ νοῦν θροεῖν* Soph. Phil. 1180. *πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσε* Pi. Ol. XII 10. Aesch. Suppl. 436. Ag. 898. Thuc. III 12 etc. *παρὰ λόγον* Eur. Or. 391. Bacch. 940. saepius apud Thuc. velut I 65, 1; 140, 1. II 64, 1. etc. vid. Classenium ad I 65, 1. *παρὰ δόξαν* Her. I 79. VIII 11. Thuc. I 141. II 49 etc. etc. *παρὰ ὑπόνοιαν* Polyb. I 60 et *παρὰ τὴν προσδοκίαν* id. I 71. II 30. III 68 etc. *παρὰ δόξαν τε καὶ ἐλπίδα* Theogn. 639. *παρ' ὅρκον καὶ παρ' ἐλπίδα* Pind. Ol. XIII 80. *παρ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκην* trag. frgm. adesp. 72. *παρ' ἐλπίδα* et *παρ' ἐλπίδας* saepissime. item *παρὰ νόμον, νόμους. παρὰ τοὺς τῶν θεῶν θεσμούς* Xen. Cyr. I 6, 6. *παρὰ τὰ νόμιμα* Plat. leg. VII 801. *παρὰ τὴν ῥήτραν* Xen. An. VI 6, 28. *παρὰ τὰς σπονδάς* Thuc. I 67, 4. Xen. An. I 9, 8. II 4, 5 etc. *παρὰ τὰς ξυνθήκας* Pl. Crit. 52. Isocr. XVIII 30 etc. etc. *παρὰ τοὺς ὅρκους* Xen. Hell. VI 5, 10 etc. Isocr. XIV 17. etc. Lyc. c. Leocr. 77 etc. etc. *παρὰ τὴν ἀράν* Dinarch. I 47. *παρὰ τὸ ἔθος* Plat. resp. V 432. Tim. 46. etc. *παρὰ φύσιν* Eur. Phoen. 395. Thuc. III 74. VI 17 etc. *παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην*

29) *πέρα δίκης* Aeschyl. Prom. 30.

κινδυνεύεται Thuc. I 70, 3 quae verba imitatus est Dion. Hal. Ant. VI 19 (v. H. Stephani opera in Dion. Hal. cap. XVI.) παρὰ δύναμιν καὶ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ Hyp. III 29, 7. παρὰ μέλος i. e. praeter concentum, de eis usurpatum, quae alieno vel loco vel tempore dicuntur aut fiunt velut παρὰ μέλος φθέγγεσθαι Plat. leg. III 696 D. μαθὼν δέ τις ἐρεῖ, εἰ πᾶρ μέλος ἔρχομαι ψόγιον ὄαρον ἐνέπων Pind. Nem. VII 69. παρὰ τὰ δημόσια μέλη τε καὶ ἱερὰ καὶ τὴν τῶν νέων ξύμπασαν χορείαν μηδεὶς μᾶλλον ἢ παρ' ὁντινοῦν ἄλλον τῶν νόμων φθεγγέσθω μηδ' ἐν ὀρχήσει κινείσθω Plat. leg. 800 A. τὸ παρὰ μέλος οἰδεῖν nimius tumor Longin. de subl. III 1. παρὰ τὴν εἱμαρμένην Pl. Tim. 89 C. παρὰ τὴν ἡλικίαν νοσεῖ Nicol. com. Mein. IV 580 v. 34.) παρὰ τὸ ἀληθές Antiph. V 87. VI 5. εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον πρᾶξαι Thuc. VIII 24, 4. i. e. ἴσσον ἀσφαλές (vid. Krügerum ad h. l.) πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον Xen. Cyr. V 1, 9. Pl. Phaedr. 233 A.

Praepositionis παρά cum accusativis participiorum coniunctae haec exempla repperi: παρὰ τὸ καθεστηκός Thuc. I 98, 4. παρὰ τὸ προσῆκον Pl. Phileb. 36. Dem. XI 11. (orat. spur.) παρὰ τὸ εἰωθός Thucyd. IV 17. 55. VII 75. Plat. Phaedr. 238 C. παρὰ τὸ εἰκὸς καταπεπλημμένους Thuc. II 62. III 40. παρὰ πάντα τὰ λεγόμενα διαμάχεσθαι Plat. Parm. 127. οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα ποιοῦσί τι Xen. Mem. I 3, 4. παρὰ τὰ σοὶ δοκοῦντα Plat. Prot. 335 B. Gorg. 495 A. 500 B. παρὰ τὰ γεγραμμένα Pl. Pol. 301 C. παρὰ τὰ ἐπεσταλμένα Dem. de coron. 74.

Postremo loco ponantur exempla pronominum relativorum: παρ' ἃ βέλτιστα νομίζω Dem. XVI 3. παρ' ἃ γιγνώσκει id. XXIII 97. παρ' ἃ φαίνεται δίκαια ib. 194. εἰ παρ' ἃ τῷ λογισμῷ βέλτιστ' ὁρῶσί τι πράξουσι. Demosth. VI 26. ἀντειπεῖν παρ' ἃ νῦν εἴρηται Pl. Pol. 297 B.

Haec habui quae de usu praepositionis *παρά* cum casibus coniunctae dissererem.

De qua re postquam quam potuimus accuratissime exposuimus ad alteram partem dissertationis, in qua de praepositione *παρά* vocibus praefixa dicturi sumus, transire liceat.

PARS POSTERIOR.

De usu Praepositionis ΠΑΡΑ in Vocabulis compositis.

§ 27.

Praemittenda.

Quod linguis stirpis indogermanicae multiplici ratione praepositiones cum verbis coniungere licet eo maximopere linguas semiticas superant in quibus verba vel nomina cum praepositionibus coniuncta non reperiuntur, auctore quidem Pottio, quamquam diversam de hac re sententiam prolatam esse a viris doctissimis Delitschio et Fürstio non ignoro. Vel duae et tres praepositiones — rarius quidem quam una — in lingua Graeca et Sanscrita praeponuntur. Quae ubertas vel abundantia in Homeri carminibus iam conspicua ab optimis scriptoribus Atticorum aliena est, sed invenitur apud auctores recentiores et recentissimos, qui hac ratione ornare et variare orationem studuerunt.

Praepositiones verbis praefixae vim habent simplicis verbi notionem multis modis variandi, quamobrem Pottius (Etym. F. [2] I 21) optime dixit „Das einfache Verbum verhält sich zu dem Präpositionalcompositum des Verb wie das Allgemeine zu seinen unter ihm begriffenen Besonderungen, wie das Genus zur Spezies.“

His igitur quae latius patent praemissis de praepositione *παρά* vocibus praefixa pauca disputanda sunt; qua quaestione accurate et diligenter instituta haud mediocriter ad-

iuvabimur ut quamnam vim re vera παρά in lingua graeca habuerit intellegamus, quippe qua duas potissimum notiones continere eam edoceamur, alteram quae Latinorum particulae *iuxta*, *apud* et nostrae linguae *bei*, alteram quae Latinorum *praeter* et nostrae linguae *vorbei* respondet (cf. p. 57); in qua re hoc dignissimum est ad quod animum intendamus, tempore procedente composita ea in quibus παρά vim *praeter* habeat magis magisque pererebrescere; et quod iam de παρά cum accusativo coniuncto valere vidimus, sententia *praeter* de rebus ad animum translatis semper fere in malam partem accipiendam esse, idem in composita cadere, in quibus saepissime eam vim habeat ut id quod verbo significetur, male vel falso vel perverse fieri indicet, unde nostrae linguae praefixo *ver*, ex eadem qua παρά radice ducto, respondet.

Iam vero de singulis disseramus et primum quidem

§ 28.

de compositis eis exponamus, in quibus παρά cum quietem apud aliquam rem significet cum dativo dictum est; cuius generis pauca tantum composita optimi auctores praebent. Sunt autem haec: πάρειμι (cf. *bei* sein). οἷα τοῖς ἀγαθοῖσι παραδρώωσι χέρηες ο 324. καὶ τοῖσι τειχίζουσι παραδιακόνει Ar. Av. 838. Verba παρασιτεῖν, παράσιτος et similia apud poetas comicos potissimum exstantia, qualia sunt παράδειπνος Eubul. ap. Ath. III 113 F. παραμασήτης Athen. VI 242 C. 243 C. παραστατεῖν. παρασιατής multaque derivata. παρασπίζειν Eur. Herc. Fur. 1099 et παρασπιστής.

Sequantur nonnulla verba concubandi ea quoque cum dativo coniuncta velut παραδαρθάνειν τινι Hom. παρέλεκτο et παρακατέλεκτο ib. παρακοίτης. παράκοιτις. παριαύειν. παρευνάζεσθαι Hom. πάρευνος Aesch. [Recentiorum scriptorum sunt παρακαθεύδειν Aelian. et Scr. eccl. παρακοιμᾶσθαι Hesych. Schol.

παρευνᾶσθαι Orph. Arg.][30]) quibus verbis finitima sunt παρέζεσθαι. παρακαθέζεσθαι. παρῆσθαι. παρακαθῆσθαι. παρίζειν et maxima vis verborum derivatorum, e quibus prae ceteris saepissime usurpatum est πάρεδρος παρεδρεύειν. His adiungam παρακεῖσθαι et derivata. παραζευγνύναι Eur. frgm. 524. παραθέω τινι curro iuxta aliquem, cum παραθέω τινα valeat curro praeter aliquem i. e. cursu aliquem supero. παρατρίβειν χρυσὸν μολίβδῳ Theogn. 417. Herod. VII 10, 1. παρακολουθεῖν τινι et proprio intellectu ab Aristoph. Xen. Plat. Dem. et translato maxime a Stoicis usurpatum. cf. Valcken. Schol. in Nov. Test. I 12.

Saepissime omnes omnium temporum scriptores verbo παραμένειν usi sunt (παραμίμνειν. παραμονή. παραμόνιμος etc.) quod omnino Latinae linguae *permanere*, nostrae *verbleiben* respondet.[31]) παρεστενάχοντο θυγατρί Apoll. Rh. IV 1297. παρατάττεσθαι de exercitu aciem contra hostes instruente. παραυλίζουσα πέτρα μυχώδεσι Μακραῖς Eur. Io. 493. eiusdem stirpis est πάραυλος Soph. (cf. Reisigium ad Soph. Oed. Col. p. CXII.) παριστάναι. παροικεῖν. (παρυπνώοντα βόεσσιν Quint. Smyrn. X 128.)

Restant nonnulla verba cum praepositione παρά composita, quae quamquam ad eandem rationem ad quam supra enumerata explicanda sunt, tamen eo differunt, quod ad animum translata sunt, velut παραβάλλειν τί τινι apud Herodotum Sophoclem alios, proprie de eo dictum qui rem iuxta aliam ponit, tum de eo qui res inter se vel ad aliud quoddam exemplar comparat. Accedunt ex eadem radice formata παραβολή Plat. Isocrat. (et παραβολικός. παραβολοειδής similia apud grammaticos.) quibus addas

30) Multa similia composita nostra lingua praebet *beilager. beilegen. beiliegen. beischlaf. beisitz. beisess. beisitzen.*

31) Graeci medii aevi verba παραμονεύειν. παραμόνημα. παραμονευτής sententia prava usurpaverunt ‚insidias struere.' cum apud antiquos Graecos de fidelibus servis, qui apud dominos permanebant dicta sint.

παραδεικνύναι Isocrateum. Res comparando ceteris melior reperta exemplar fit, unde παράδειγμα et permulta eiusdem stirpis vocabula hunc sensum acceperunt. παραθεωρεῖν τί τινι vel πρός τι. παραθεᾶσθαι. τὸ μέγα τῷ μικρῷ παραμετρεῖν Lucian. pro imag. XXI et nullo casu adiecto, sed plane eodem sensu Plat. Theaet. 154. A. B. Exemplaria scripta recognoscere et inter se conferre dixerunt Graeci παραναγιγνώσκειν velut Plat. Theaet. 172 E. quod nos dicimus ‚collationieren' cf. Lobeckium ad Phryn. p. 278.

His verbis enumeratis ad eà transire liceat in quibus directionem quandam praepositio indicat, cuius cum duo genera esse possint primo loco

§ 29.

de eis verbis agere visum est in quibus abeundum vel discedendum esse ab aliqua re praepositione indicatur.

A quo genere compositorum Graeci abhorruisse videntur, perpauca enim eiusmodi exempla inveniuntur. Sed priusquam graecae linguae verba enumeramus aliquot linguarum cognatarum huc apponere placet quamquam etiam in his non multa exstare videntur.

Sanscritae linguae pauca verba cum *parâ* composita comparari possunt, quippe in quibus praepositio vim latinae *de, ab* habeat velut *parâṇutti* expulsio, *pârâñk* aversus, abhinc discedens. *parâ'jana* actionem discedendi simulque adeundi significat. *parâsu* cuius spiritus vitalis ex corpore effugit, qui remotum eum habet.

Nonnumquam, at rarissime praepositiones et praefixa linguarum germanicarum *fra- faír far- ver* eandem vim habent. conferas verba *fravaírpan. fírleitan* deducere. *fírwerfan* eiicere.

Graecae linguae haec composita sunt. παραδέχεσθαί τινος velut Z 178, cum A 596 eadem sententia simplex

δέχεσθαι cum genetivo usurpatum sit, sed iam in Homeri carminibus exstat constructio *δέχεσθαι παρά τινος* et apud posteriores scriptores *παραδέχεσθαι παρά τινος*. quod exemplum dilucide illustrat qua ratione tempore procedente usus praepositionum magis magisque patescat. Idem valere de verbo *παραλαμβάνειν* per se apparet, quod cum apud Homerum non exstet de antiquissimo usu nihil statui potest. Sed Herodotus, apud quem primum occurrit, Homericam constructionis rationem servavit qui II 19 in. scripsit *οὔτε τι τῶν ἱρέων οὔτε ἄλλου οὐδενὸς παραλαβεῖν* (cf. *ver*-nehmen) *ἐδυνάσθην* (solo genetivo sequente praeterea saepe velut II 1. 102. III 68. IV 78), cum in eodem capite scripserit *παραλαβεῖν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων*. Sequantur verba *παραιρεῖν*, *παρασπᾶν* et *παρασπᾶσθαί τί τινος*, *παρατρέπειν* et *παρεκτρέπειν* avertere ab aliquo, velut *παρατρεπόμενος τοῦ λόγου* Xen. Oec. XII 17. deflectens ab oratione, eodemque intellectu *παρατρωπᾶν* I 500 a priore ira avertere et animum alicuius sibi conciliare. Cum saepissime apud optimos scriptores *αἰτεῖν τι παρά τινος* scriptum reperiamus vix dubitari poterit quin etiam *παραιτεῖσθαι τινος* pro *αἰτεῖσθαι παρά τινος* dictum sit, quamquam cum praepositio immobiliter quasi verbo affixa sit, non cum genetivo sed cum accusativo verbum coniungitur. (Recentiorum scriptorum sunt *παράγειν παραγωγή παραγωγός τινος παρονομάζεσθαι* similia. *παρωθεῖν τινά τινος*.)

Quibus compositis enumeratis

§ 30.

ea adscribere liceat in quibus praepositio *παρά* eam vim habet ut accusativum regat; quorum perexiguus numerus exstat in quibus significatione latinae praepositionis *iuxta*, vel *apud* usurpata est, sed longe plurimis notio *praeter* inest, de quibus hoc loco accuratius videtur disserendum esse, omissis illius generis compositis, ne iusto longior evadat dissertatio.

Notio autem *praeter* cum aut ad locum aut ad tempus aut ad animum referri possit, primo loco dicamus de verbis quibuscum praepositio παρά composita localem vim retinet, quamquam eadem verba etiam de tempore et de rebus ad animum translatis usurpari posse et usurpata esse per se apparet. Quae verba sunt παρατρέχειν (etiam de tempore dictum) et παρεκτρέχειν in stadio aliquem superare; apud posteriores scriptores eiusdem stirpis παραιροχᾶν et παρατροχάζειν. παραΐσσειν Hom. et poet. epic. παρὰ τίς τε κιὼν ἄνθρωπος *Il* 263. παρακελητίζειν Ar. Ran. 900. παραπλεῖν. παραρρεῖν. παράρρειθρος. παραπέτεσθαι Aristoph. παραφεύγειν Hom. παριέναι et παρεξιέναι. παρελαύνειν et παρεξελαύνειν. Ἀθήνας παρεκπερῶν Aesch. frg. 30. τὴν (sc. Ἀργώ) Ἥρη παρέπεμψεν *μ* 72. παρέρχεσθαι. παροίχεσθαι Hom. παραλλάσσειν. παραμείβεσθαι. Apud scriptores inferioris aetatis haec reperiuntur composita. παραστείχειν Nonn. παρασείειν Qu. Smyrn. παρανεῖσθαι et παρεκνεῖσθαι Apoll. Rhod. παρανεῖν Luc. παραλέγεσθαι. παραπορεύεσθαι. παρανήχεσθαι Plut. παραθρώσκειν Dion. Perieg. παραθεῖν Anthol. παραμετρεῖν Apoll. Rhod. Nonn. παροδεύειν Plut. Lucian. multaque derivata apud recentissimos. παροχεῖν Dion. Hal. Denique παρακοντίζειν παρατόξευσις παραρριζεῖσθαι.

De tempore praetereunte, praeterlabente usurpantur haec composita. παρατρέχειν saepius apud Herodotum. παρέρχομαι (cf. *ver*-gehen). παροίχομαι. πάρειμι. ὥρη παραμείβεται Hesiod. op. et d. 407. παραστείχειν Nonn. IV 191. τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παραλλάσσειν Plut. vit. Alc. VII.

Iam vero restat ut de usu praepositionis παρά translate de animo dictae in compositis dicamus, cuius usus plurima exempla lingua Graeca exhibet. Quae composita quod fere omnia in malam partem accipienda sint non est quod miremur; conferas, si placet, ea quae § 26 hac de re exposuimus. nonnulla neque malum neque bonum sensum habent, bonum paucissima. In his ea, in quibus notio superandi inest; quicumque enim hominem aliquem

praeteriit, vincit eum quodammodo vel superat, quam vim haec verba praebent. *παριέναι* Xen. Cyr. I 4, 5. *παρατρέχειν* Eur. Aristoph. *παριππεύειν* Eubul. com. (Mein. III 243), *παραμείβεσθαι* Soph. O. R. 512, ad quem locum scholiasta haec adnotat: *ἄλλος ἄλλον παρέλθοι ἢ νικήσειεν.* eodemque intellectu accipiendum est verbum *παραμεύεσθαι* a Pindaro usurpatum: *εἴ τις μορφᾷ παραμείσεται ἄλλων* ubi Böckhius *μορφάν* scripsit; recte. Nem. XI 17. Apud recentiores scriptores haec verba exstant. *παραμιλλᾶσθαι* Polyb. Corp. Inscr. *παρενδοκιμεῖν* Dion. Hal. Plut. Luc. *παρενημερεῖν* Scr. eccl. Hesych. *παρέρχεσθαι.* velut *ἥδ' ἐστὶν ἡ παρελθοῦσα τὴν χρείαν τῇ περιουσίᾳ* Liban. I 331, 3. *παρελαύνειν* Laert. Diog. Geop. Phot. etc. *παραλλάσσειν* Arist. Luc. *παραφέρεσθαι* Luc. *παρυφαίνειν* texendo vincere (cf. *voorbij weeven*) Philostr. Vides igitur paucissima huius generis exempla exstare, eaque quibusdam sane exceptis, non optimorum scriptorum auctoritate commendata.

Transeamus igitur ad composita quae in malam partem dicuntur, e quorum permagno numero primum eum usum commemoramus quo *παρά* indicat notionem verbi praeter fines recti vel contra rectum fieri. cf. p. 85 et Valckenarii Schol. ad Nov. Test. II 421.

Verba haec sunt. *παραβαίνειν* et ingens numerus derivatorum velut *παραιβασία παράβασις παραβάτης* etc. *παράνομος* multaque eiusdem stirpis verba. *παράδοξος* etc. *παρακαίριος* Hes. op. et d. 327. *παράκαιρος*, cf. Anecd. Bekk. 112, 16: *παράκαιρος ἀντὶ τοῦ ἄκαιρος· Ἐλίχαρμος Πολίταις. παράλογος. παράμουσος. παράκρουσις. (παράκοσμος* Ios. Ant. I 6, 3.) *παραθεμιστεύειν* Herm. ap. Stob. *παραπηδᾶν* e. g. *τοὺς νόμους* Aeschin. *παρασπονδεῖν. παρασυγγράφειν. παρηβᾶν. (παρορίζειν* fines transgrediendo violare. Anth. Bekk. Anecd.) *παρασκοπεῖν* Aeschyl. *πάρορνις* id. *παράρρυθμος. παραφέρεσθαι* cf. *εἰ δέ γε παρηνέχθημέν τι τότε* si quid tum a vero aberravimus. Plat. Phileb. 60 D. *παρορκεῖν* Suid. Philo. etc.

Aliquot verba et substantiva cum *παρά* composita ex-

stant, in quibus eam vim habet praepositio ut verbo contrarium sensum indat sive exprimat in malam partem accipiendum esse h. e. prave, male, perperam fieri quod verbo per se dicatur.

Quibus verbis plura linguarum germanicarum respondent, quibus inseparabilis particula *fra-* (got.) *far-* (theod.) (*ver-*) praefixa est, quae particulae cum ex eadem qua παρά radice derivatae sunt tum in quibusdam verbis eundem intellectum habent velut in *fra-vaûrht* peccatum i. e. malum, pravum opus. *fersiht* contemptus. *ferchunst* desperatio. *fraquithan* maledicere. Linguae sanscritae paucissima verba cum *parâ* composita hanc vim habent. Sunt *parâdâ* perdere. *parâ-i* per-ire. Verborum compositorum graecae linguae quae hunc intellectum prae se ferunt, maximam partem nisi apud scriptores recentissimos, apud grammaticos, Byzantinos, scriptores eccl. non reperiri nobis confitendum est. Sunt autem haec.

A. Verba cum παρά composita quibus praepositio contrariam sive negantem significationem indit. Ex Atticis scriptoribus Plato παραβοηθεῖν usurpavit rep. IX 572. cui oppositum est βοηθεῖν. Polybii et Diodori est παροπλίζεσθαι (pass.) armis privari; παροπλίζεσθαι (med.) arma ponere. παρακούειν Polyb. II 8, 3. III 15, 2. querelas spernere quasi inauditas. *μέχρι μὲν ὀλίγα ἠδικούμην — οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην καὶ παρήκουον ἕνια τῶν λεγομένων ὑπὸ μετριότητος* Luc. iud. vocal. in. ‚simulare surdum, cum vere audita et recte percepta non audivisse videri volumus'. Reiskius in Animadv. ad auct. gr. IV 88 sq. παρακοή. opp. ἀκοή inobedientia cf. schol. Ar. Ran. 762. παραγγέλλειν interdicere vetare Nov. Test. παρακηροῦν opp. κηροῦν, aliquid irritum facere, semel apud Symmachum legitur. παρατιμᾶν, παρατίμησις Lib. Scr. eccl. pro nihili ducere. παρενθυμεῖσθαι Marc. Ant. Phil. παραδειπνεῖσθαι cena privari Theophr. char. VIII 4. cf. Valck. Schol. ad Nov. T. II 421. παραγόρευσις negatio. Ioseph. ant. Iud. XVIII 9, 2. Hes.

B. παρά in compositis saepissime significat *falso, per-*

peram, male fieri id quod verbo indicetur velut *παραγνῶναι*: *ὅσα μὲν οὖν μὴ φανερὸς ἦν ὅπως ἐγίγνωσκεν, οὐδὲν θαυμαστὸν ὑπὲρ τούτων περὶ αὐτοῦ παραγνῶναι τοὺς δικαστάς* Xen. Mem. I 1, 17 secus iudicare, in iudicando errare. ad quem locum Cobetus (Nov. lect. p. 684.) haec adnotavit. cuius usus nemo facile aliud exemplum ex scriptoribus Atticis afferet, sed unusquisque talia pro re nata sibi componit, quae statim ab uno quoque recte intelleguntur. Sic recentiores Graeculi in codicibus describendis utuntur verbo *παραγράφειν* et lectores in extremo libro veniam rogat librarius *ἤν τι ὁ γράφων παραγράψῃ*.

Quae verba doctissimi viri non omnino probare possum, nam quamvis rarissimum esse apud Atticos scriptores hunc usum negari non possit, tamen aliquot exempla optimorum auctorum exstant, velut Platonis in Theaet. p. 195 A. *ὅταν γάρ τι ὁρῶσιν ἢ ἀκούωσιν ἢ ἐπινοῶσιν, ἕκαστα ἀπονέμειν ταχὺ ἑκάστοις οὐ δυνάμενοι βραδεῖς τε εἰσὶ καὶ ἀλλοτριονομοῦντες παρορῶσί τε καὶ παρακούουσι καὶ παρανοοῦσι πλεῖστα.* quibuscum aptissime conferes locum *Λείπεται δὲ ἐνυπνίων τε πέρι καὶ νόσων τῶν τε ἄλλων καὶ μανίας ὅσα τε παρακούειν ἢ παρορᾶν ἢ ἄλλο τι παραισθάνεσθαι λέγεται.* ibid. 147 E. denique *τὰ μὲν ἄλλα ὀρθῶς ἤκουσας, ὅτι δὲ καὶ ἐμὲ οἴει εἰπεῖν τοῦτο, παρήκουσας.* Protag. p. 330 E. Praeterea *παραλογίζεσθαι* de eo dictum quem ratio fallit (sich verrechnen) apud Isocratem et Demosthenem invenitur. *παραναλίσκειν* Dem. *παραναλώσετε πάντα ὅσα ἂν δαπανήσητε* atque *παραπρεσβεία. παραπρεσβεύειν* id. et Aeschin. *παραχορδίζειν* Arist. Eccl. 295. quod verbum interpretatus est grammaticus apud Bekk. (An. 113, 2) *ἁμαρτεῖν κιθαρίζοντα* itemque Hesychius. *παραζῆν* falsam vivendi rationem sequi. Anaxand. com. (Mein. III 162.)

At longe maior eiusmodi compositorum numerus recentiorum et recentissimorum graecae linguae auctorum est, cuius exemplis allatis finem disputationi de praepositionis *παρά* usu institutae facere liceat.

παραβάπτισμα et derivata, eademque vi dictum παραφώτισμα apud scriptores ecclesiasticos declarat falsum baptismum. — παραβασιλεύειν LXX. male regnare. — παραβλέπειν Luc. Menipp. 1. falso, male videre. — παραβουκολεῖν Oenom. ap. Euseb. praep. evang. et παραβουκολίζειν semel ap. Lycophr. 1094. (attamen iam verbum simplex βουκολεῖν apud Aristophanem. Xenophontem alios significat fallere. decipere.) — παραβραβεύειν iniuste iudicare Polyb. Plut. — παραδικάζειν id. Byzant. — παράγειν proprie non recta ducere (*ver*führen) Pind. Soph. (παραγωγή et similia, prava derivatio. grammat.) — παραδιατριβή negotium, studium inutile Nov. Test. — παραδιδάσκειν et derivata. Ser. eccl. — παραδογματίζειν. Byz. — παραδιοικεῖν male administrare. Synes. — παραδιορθοῦν male emendare. Euseb. praep. ev. et παραδιόρθωμα Porphyr. — παραζητεῖν. παρακονρεῖν Ser. eccl. — παρακρίνειν. Hesych. idem significat quod παραβραβεύειν et παραδικάζειν. — παραλαλεῖν non recte fabulari. Menand. Cass. Dio. — De verbo παρακούειν iam supra dictum est. παρακροᾶσθαι. — παραμράσσειν iniuste agere. praevaricari. Plut. — παράπλασμα et sim. Phot. Suid. cf. *ver*bilden. — παραπρεσβευτανεύειν cf. παραδιοικεῖν· infideliter administrari. — παραπροσδέχεσθαι inconsiderate accipere. Arrian. — παραριθμεῖν cf. sich *ver*zählen. Stob. — παράρρησις prava, falsa notio. Plut.

Multa composita quae nummos adulterinos, sigilla adulterina et similia significant exstant velut παρασημαίνειν, unde derivatum est παράσημος, quo verbo usus est Demosthenes: παράσημος ῥήτωρ. quam locutionem interpretatus est grammaticus (Bekk. An. 292, 15): παράσημος ῥήτωρ· ὁ φαῦλος. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων, ἐπεὶ τὰ φαῦλα καὶ τὰ ἀδόκιμα παράσημα καλεῖται, παρὰ τὸ κακῶς σεσημάνθαι, ὅπερ ἐστὶν ἐσφραγίσθαι. σημεῖα παρασημεῖα, κλεῖν παρακλείδιον Plato. com. (Mein. II 2, 643) cf. nostrae linguae verba *bei*schlag i. e. nummus adulterinus et *bei*schlüssel.

Eiusdem generis sunt παρακόπτειν Diod. Luc. παρα-

σφραγίζεσθαι Gloss. Hes. cf. *παραποιήσασθαι σφραγῖδα* eadem sententia usurpatum a Thucydide I 132. *παρατυποῦν* Poll. *παραχαράσσειν* Laert. Diog. Plut. Luc. (*παραχάραγμα. παραχάραξις. παραχαράκτης* et similia derivata apud infimae aetatis scriptores; quae verba etiam ab auctoribus latinis medii aevi usurpantur.) *παρασχεδιάζειν* i. e. *παραχαράσσειν* Hesych. *παραγλύφειν τὰς σφραγῖδας.* Diod. I 78. idem significat quod *παρακόπτειν.* — *παρασοφίζεσθαι* et derivata. Athen. Greg. Naz. — *παρασυγχεῖν* non recte miscere. Bekk. An. 505, 15. — *παρασύνεσις* intellegentia prava, error. Galen. Hippocr. — *παρασχολεῖν. παράτονος.* Hes. — *παράτοπος* falso loco versans. Suid. Strab. — *παραυστηρός* falsa ratione, nimis severus. Dicaearch. — *παραφορότης* malus, inelegans corporis habitus. Plat. Tim. p. 87 E. — *παραχρηστηριάζειν* Strab. — *παρατελωνεῖσθαι* Laert. Diog. — *παραχρώννυσθαι.* cf. sich *ver*färben. — *παραψηφίζεσθαι.* Hesych. Bachm. Anecd. I 329, 32. — *παρεγγράφειν* et derivata. Aeschin. — *παρεγχειρεῖν* perverse conari. Philo. Artemid. — *παρεισπράσσειν* Poll. — *παρεισέρχεσθαι* malo animo, furtim irrepere. Ep. Gal. II 4. de Iudaeis in christianorum coetus malo animo se ingerentibus. cf. Valck. Schol. ad N. T. I 119. — *παρεκδέχεσθαι* falso percipere, perverse interpretari. Euseb. Marc. Ant. — *παράθυρσος* Longin. falsus furor poeticus. — *παρεξέλεγχος* falsa conclusio qua quis decipitur. Aristot. soph. elench. II 2. 5. — *παρεξηγεῖσθαι* et *παρερμηνεύειν* falso interpretari. Scr. eccl. *παρερμηνευταί.* haeretici, sic appellati quod sacrae scripturae nonnulla capita prave interpretarentur. — *παριστορεῖν* Byz. *παρηχεῖσθαι* Greg. Nyss. — *παροξυς* Antiph. com. (M. III 45.) Arist. ap. Ptol. (p. 174, 50). — *παρυπολαμβάνειν* non recte sentire. Aristox. harm. II in. — *παροραν.* Plat. Hipp. min. 374 D. et *παρόραμα* cf. *Ver*sehen i. e. peccatum Plut. Longin.

DE

GRAECITATE HYPERIDEA

SCRIPSIT

HERMANNUS HAGER.

A. Westermannus, cujus subitae mortis acerbitas non modo Germaniae, sed cunctarum terrarum, in quibus antiquitatis studia florent, afflixit doctos, indicem confecit graecitatis Hyperideae (Lips. 1860—1864, VIII progr.) eo consilio, ut quae verborum copia ejus esset demonstraret neque tamen vim et sententiam singulorum vocabulorum exponeret. Cum Hyperides in verborum delectu minus fuerit quam suppares aetate diligens et saepius mutaverit paullulum verborum significationes permultaque a comicis mutuatus sit, animum induxi, hujusmodi vocabula colligere simulque addere, apud quos serioris aetatis scriptores legantur et qua significatione apud aequales usurpata sint. cf. Hermog. *περὶ ἰδεῶν τόμ. β'* c. 11 p. 382 W.: *ἴδιον δὲ Ὑπερείδου τὸ καὶ ταῖς λέξεσιν ἀφειδέστερόν πως καὶ ἀμελέστερον χρῆσθαι ὥσπερ* etc. (fr. 233).

Qui adpositi sunt numeri I II III IV orationes editionis Blassianae, numeri arabici c. littera praefixa papyrorum columnas singularum orationum indicant, reliquarum orationum fragmenta (fr.) citavi ex ordine a Blassio instituto. Verba signo + notata desunt in Stephani thesauro.

αἰσχροκερδεῖν fr. 222 turpiter lucrari.

ἀκουσόντων IV c. 13. Cobetus or. funebr. p. 19 *ἀκονόντων*, ‚quod pap. exhibet, non tantum barbarum est, sed etiam plane absurdum. Nulla unquam fuit oratio neque erit, quae prodesse possit animis eorum, qui eam sunt audituri i. e. quae prosit etiam priusquam audita sit'. *ἀκούσεσθαι* III c. 43. conj. Babingt. Schneidew. *ἀκούσω*

Lycophr. 378. 1373. Dion. Halic. V, 57. Dio Cass. 76, 4 cf. W. Veitch, Greek Verbs irregular and defective p. 32 Oxon. 1866.

ἀκρατοκώθων (*οὐ μὴν ἐπαινῶ τοὔνομα* Poll. VI, 25) I fr. XIV qui mero se ingurgitat, largius merum potat. Corydus ap. Athen. VI 245 F. XI 483 E. Prisc. XVIII 25 p. 235.

ἀλιμενία fr. 159 defectus portuum.

ἀλφιτεῖς fr. 223 = *οἱ τὰ ἄλφιτα ποιοῦντες.*

ἀλφίτια = *ἡ ἀλφιτοποιία* fr. 224.

ἄμφοδον fr. 140 vicus, platea. Polyb. exc. Vat. 40, 7. schol. Aristoph. Lys. 5.

ἀναισχύντημα fr. 225 facinus impudens; *ἀναισχυντεῖν* Aristoph. Lys. 460. Thesm. 708. Thuc. I, 37. Pl. Crit. p. 33 C.

ἀναπόγραφα μέταλλα III c. 43, Poll. IX, 31 cf. Boeckh. de oec. Athen. I p. 454, a publicano non census neque in tabulas relatus.

ἀνασυντάξας fr. 154, Suid. = *ἄνωθεν συντάξας*, de significatione cf. Boeckh. de oec. Athen. I p. 662 not. d.

ἀνδραπόδια fr. 226 mancipiolum. Diphil. ap. Athen. XI p. 484 E.

ἀνέκλειπτος IV c. 9. Sauppius Philol. supplem. I p. 31, qui *ἀνέκλειπτος* vocabulum nusquam legi contendit, *ἂν ἐκλείπτους* in textum restituit, sed est *ἀνέκλειπτος* ap. Diod. Sic. I, 36. III, 16. Plut. moral. p. 438 D; *ἔκλειπτος* vocem non repperi in lexicis.

ἀνεπόπτευτος fr. 177 = *ὁ μὴ ἐποπτεύσας*, qui non inspexit arcana nimirum Cereris, ‚peculiariter enim *ἐποπτεύειν* dicebantur, qui anno postquam initiati fuerunt, ad inspiciendos secretiores sacrorum ritus et ceremonias admittebantur'.

ἄνετος fr. 75 deo cuipiam dicatus, Hesych. s. v. *Διὸς βοῦς· ὁ τῷ Διΐ ἄνετος βοῦς, ὁ ἱερός.* cf. Aelian. N. A. XI, 2. V, 1. Philostr. p. 805.

ἀποικία fr. 76 *ἰδίως τὰ γράμματα, καθ' ἃ ἀποικοῦσί*

τινες, οὕτως ὠνόμασαν; cum *εὐεργεσίᾳ* et *προξενίᾳ* de *εὐεργεσίας* et *προξενίας* decretis contulit Boeckh. act. acad. Boruss. 1834 p. 19. C. I. Gr. ed. Boeckh. n. 90. 91. 1563 cf. Meieri comment. de proxenia s. de publico Graecorum hospitio Hal. Sax. 1843 p. 8. C. Muellerus oratt. Att. II dubitanter conjecit *ἀποίκια.*

ἀπολανθάνεσθαι II c. 8 Bab., cett. *ἀπολελεῖφθαι. ἀπολανθάνω* unde aor. ap. Apollinar. Ps. 43, 51. *ἀπολανθάνεσθαι* verbum defendit Schaeferus ad Longi Pastorall. 3, 7 p. 266 Seiler., quem vituperat L. Dindorfius.

ἀπολαύσομεν IV c. 11. Dion. Hal. VI, 4. Luc. Herm. 78. Plut. Pyr. 13. moral. 776. Dio Cass. 43, 18. 52, 18 Veitch l. l. p. 79.

ἀπροβούλευτα καὶ ἀπρόγραφα fr. 231. Kuehn ad Poll. VI, 144: Hyp. usurpat vocabula de legibus ac decretis non ante relatis ad senatum quingentorum nec publice propositis proscriptisque ad statuas heroum, qui dicebantur eponymi. *ἀπροβούλευτος* ap. Dem. XXII, 5. Plut. Sol. c. 19.

Ἀρτεμίσιον fr. 77 = *τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα* cf. Athen. IV p. 168 C.

αὐλαία fr. 142 = *τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα* cf. Polyb. XXXIII 3, 2. Plut. Alex. c. 40. Diod. Sic. XIX, 22. Cosmas. Indopl. p. 197 E (Montef.): *ἔτι αὐλαίας καλεῖ τὰς κορτίνας· οὕτως δὲ καλοῦσιν αὐτὰς καὶ οἱ ἔξωθεν Ἀττικοὶ λέγοντες αὐλαίαν τὸ μέγα καὶ ποικίλον παραπέτασμα.* ὁ Ὑπερ. etc.

αὐτοτελὲς ψήφισμα III c. 28, Bab.: ‚an absolute proposition i. e. from which no appeal could be made'. Hesych. expl. *τὸ μὴ προβεβουλευμένον,* ap. eundem *αὐτοτελῆς δίκη· ἀφ' ἧς μὴ ἔστιν ἐφιέναι,* Suid. *ἀφ' ἧς οὐκ ἔστιν ἐκκαλέσασθαι ἐφ' ἑτέραν* cf. Meier. et Schoem. de lit. Att. p. 754.

ἀψιμαχεῖν fr. 134. *ἀψιμαχία* jurgium, altercatio ap. Aesch. II, 176 aliosque, eodem sensu *ἀψιμαχεῖν* ap. Hyp., Polyb. XVII. 8, 4.

Βούλευσις fr. 2. Harpocr. *βουλεύσεως ἐγκλήματος ὄνομα ἐπὶ δυοῖν τατόμενον πραγμάτων· τὸ μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιβουλῆς τίς τινι κατασκευάσῃ θάνατον, ἐάν τε ἀποθάνῃ*

ὁ ἐπιβουλευθεὶς ἐάν τε μή, τὸ δὲ ἕτερον ὅταν ἐγγεγραμμένος ὡς ὠφείλων τῷ δημοσίῳ αὐτὸς δικάζηταί τινι ὡς οὐ δικαίως αὐτὸν ἐγγεγραφότι. cf. Boeckh. de inscr. nav. p. 536 sqq. Hyperides peculiariter de insidiis pecuniae alicujus structis usurpavit.

γαλεάγρα fr. 233. Poll. X, 155 affert e Dem. or. in Aristog. (ubi hoc vocabulum non est) et ex Aristoph. Phoeniss. *γαλεάγραν* inter *σκεύη*.

διαθέσθαι I c. 27 *ἀντὶ τοῦ συνθέσθαι Ὑπερείδης κατὰ Δημοσθένους* Harpocr., Suid. et schol. Dem. II, 16 *ὡς Ὑπερείδης καὶ Δημοσθένης*, ubi jam Kuesterus correxit *κατὰ Δημοσθένους* cf. Egger. mémoire sur quelqu. nouv. fragm. d'Hyp. p. 10. Demosthenes usus est hac voce in divendendi significatione II, 16. 34, IX, 36, LVI, 8 etc.

δίαιταν λαβεῖν III c. 41. *δίαιταν ἔχειν* habitare Herod. I, 36. Thuc. I, 135. Plut. Camill. c. 15, *δίαιταν ποιεῖσθαι* eadem significatione Herod. II, 68, *δίαιταν ὀφλεῖν* Dem. XXIX, 58.

διαλέγεσθαι fr. 235 de consuetudine veneria. Aristoph. Plut. 1082. Eccles. 890. [Aesch.] ep. X, 9 p. 683 R. Plut. Sol. 20. Alciphr. I, 35; idem ut Hieroclis laudat Suidas.

διεξιέναι IV c. 3 Bab. ‚the expression *διεξιέναι πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα* (to go through the history of all Greece) is somewhat awkward: it is possible that the words *πεπραγμένων κατά* may have been accidentally omitted after *πρότερον*: in that case *τὰ καθ' ἕκαστον* will be the accusative after *διεξιέναι*, and the sentence will run smoothly'. Conjecturas virorum doctorum collegit Blass. l. l.

δικογράφος fr. 236 causarum scriptor cf. Laert. Diog. VI, 15. *δικογραφικῶς* tanquam Isocratis laudat Poll. VIII, 24, *δικογραφία* est ap. Isocr. XV, 2.

δουλίς fr. 237 serva, quod *φαῦλον* est Polluci III, 74. Eodem vocabulo qui utuntur scriptores aetatis inferioris recensentur a Lobeckio ad Phryn. p. 452.

ἐγκάθετος fr. 59 *οὕτως Ὑπερ. ἀπερρίμμενως, δέον δοκι-*

μώτερον χρήσασθαι τῷ θεοὺς ἢ εἰσποίητος ἢ ὑπόβλητος Lob. ad Phryn. p. 333.

ἐκκοκκύζειν s. *κοκκύζειν* fr. 233 *ἐπ' ἀλεκτρυόνων* Poll. V, 89 *Ὑπερ. καὶ Δημοσθένης ἐπ' ἀλεκτρυόνων τὸ κοκκύζειν εἶπον*, sed apud Demosthenem *κοκκύζειν* non legitur, *ᾄδειν* dicit LIV, 19. Phrynich. ap. Bekk. anecd. 21, 24. *ᾄδειν ἀττικῶς, τὸ δὲ κοκκύζειν κωμικοὶ λέγουσιν.* Aristoph. Eccles. 31. Diphilus ap. Bekk. antiatt. p. 101, 4. Theocr. VII, 124.

ἐμπορισμός II fragm. II p. 21 *βέλτιον δὲ ἐμπορισμὸς καὶ πορκαΐά* Poll. IX, 156 cf. Polyb. IX. 41, 5. XIV. 1, 15. 4, 6. Diod. Sic. XX, 67. Lob. ad Phryn. p. 335.

ἐνδόσιμα κατηγόρησεν fr. 242 Kuehn. ad Poll. VIII, 143 ‚remissius frigidiusque accusavit usque ad praevaricationem'. *ἔνδοσις* velitationum ap. Polyb. V. 100, 2, ap. Hippocr. p. 134 *ἔνδοσιν οὐκ ἔδωκεν (ἡ νῆσος).*

ἐνέχει κατ' ἐμοῦ ἐν τῇ κατηγορίᾳ II c. 8 Bab., *ἐνεχείρησε* Schneidew. *ἐνέχω τινὶ χόλον* iratus sum alicui Herod. VI, 119, VIII, 27.

ἐξαίρεσις fr. 188 *ὅπου τὰ φορτία ἐξαιρεῖται* Poll. IX, 34.

ἐξαντῆς IV c. 8 *παραυτίκα, εὐθέως* expl. Suid., qui duo exempla Polybii affert. Bab. adn. ad l. l. ‚the word scarcely occurs elsewhere in Attic.' cf. Lob. ad Phryn. p. 47, Meinek. com. gr. II p. 36. Antiatt. ap. Bekk. anecd. p. 91: *ἐξαντῆς ἀντὶ τοῦ παραχρῆμα Κρατῖνος.* *ἐξ* deleverunt Cob., Saupp.; exstat enim *εξ* eodem loco in versu antecedente.

ἐξέδειρεν fr. 202 de flagellando usurpatum est cf. Aristoph. Vesp. 450. schol. ad Ran. 519. ad Nub. 1397.

ἐπισκοφαντεῖν fr. 244 calumniari cf. Plut. Ant. c. 21.

ἠργάζετο IV c. 44, de augmento non vulgari Crameri anecd. Oxon. IV 412, 22. C. I. Gr. ed. Boeckh. 162 v. 7, 456 v. 5, 3270 v. 20. cod. Σ in Dem. XXVII, 30. LIX, 20. 41. 49 cod. Ravenn. Aristoph. Equit. 1221 cf. Voemelii prolegg. gramm. ad Dem. contiones p. 78; ibid. *ἠθίσται* [Dem.] XXVI, 18 cf. XXVII, 64, XXIX, 54; Hesych. s. v. *ἐθάς· ἠθισμένος.*

εὐμένεια πρὸς τὸν δῆμον IV c. 10 Bab. (cett. *εὔνοιαν*)

‚the same strange use of *πρός* that we have here occurs also in Thucyd. V, 105 *τῆς μὲν τοίνυν πρὸς τὸ θεῖον εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα λελείψεσθαι*', sed Kruegerus ibi *πρὸς τοῦ θείου* scribendum esse monet.

σχοίησαν III c. 42, quam formam vitiosam censet Fr. Frankius in Philol. suppl. I p. 452 cf. *δοίησαν*, quo Damoxenus utitur ap. Athen. III p. 103 B, *δοκοίησαν* Aesch. II, 102 codd. nonnulli.

ἥμίση I fragm. I p. 2. Bab. ‚this rare form occurs in Theophr. charact. *περὶ βδελυρίας*' (?). Eadem forma usus est Aelian. V. H. VI, 1 et ante jam Demosthenes, si fides habenda est libro optimo Σ or. XXVII, 62. XXXVI, 36. LVIII, 13 cf. Voemelii proleg. gramm. ad Dem. contiones p. 59. Defendit hanc formam Boeckh. Hyp. or. in Dem. p. 8, improbant grammatici veteres ut Herodianus p. 455, Phrynichus in Bekk. anecd. p. 41, Thomas Mag. cf. Stephani thes. ed. Dind. s. v. *ἥμισυς*.

θεράπιον fr. 102. Poll. III, 74, ubi olim edebatur *θεραπόντιον*, quo vocabulo utitur etiam Laert. Diog. IV, 59.

θριπήδεστον τὴν Ἑλλάδα fr. 85 *ἀντὶ τοῦ διεφθαρμένην;* proprie corrosus et exesus a vermibus *σφαγίδια θρ.* Aristoph. Thesm. 427, *ῥίζαι θρ.* Theophr. H. Pl. IX, 14. 3 cf. Boeckh. de inscr. nav. p. 296 not. ad III A v. 16. 18.

ἱερά fr. 52 *τὰ τῶν τεθνηκότων ὁσιᾶ.*

ἰσοδαίτης fr. 180 *ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημιώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει.* Hyp. eum commemoravit in or. pro Phryne. Lex. rhet. in Bekk. anecd. p. 267, 3: *ὁ ἥλιος ὁ τὸν ἴσον ἑκάστῳ θάνατον διανέμων* cf. *ἰσοτέλεστος* Orci epitheton Soph. O. C. 1220. Lucian. ep. Saturn. c. 32: *τὸν γοῦν ἥδιστον καὶ συμποτικώτατον ἡ ἰσοταμία ἐσιί. καὶ ὁ ἰσοδαίτης* (sic emendavit Gesnerus quod est in libris *ἰσοδιαίτης*) *τούτου ἕνεκα ἥγεῖται ὑμῖν τῶν συμποσίων, ὡς τὸ ἴσον ἅπαντες ἔχοιεν.* Hesych.: *Ἰσοδαίτης ὑπ' ἐνίων ὁ Πλούτων· ὑπὸ δὲ ἄλλων ὁ Πλούτωνος υἱός.* Phot. 115, 17. Alium esse censet Lobeckius Aglaoph. p. 621, quem Plutarchus commemorat (moral. p. 389): *Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα*

καὶ Νυκτέλιον καὶ Ἰσοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσι. Vocabulum hoc in titulo quodam Attico repperisse sibi videtur C. Keilius anal. epigr. p. 112 *ΙΣ..... ΔΗΜΟΤΟ Ἰσοδαίτου Δημότου.* cf. praeterea G. Curtii element. etymol. p. 217.

καθέστακα III c. 38. idem ap. Polyb., Diod. Sic., Dion. Chrys., Longinum, Athenaeum legitur cf. Veitch l. l. p. 294. *ἑστακεῖα* in inscr. Theraea n. 2448 I, 27 cf. Ahrentis dial. Dor. p. 346; *περιέστακας* [Plat.] Axioch. 370 E (514, 27 Bekk.), ubi cod. recens *περιέστησας;* Dem. IX, 26 Reiskius ex Dionys. de admir. vi Dem. p. 1120, 9 edidit *καθέστακεν*, pro quo libri oratoris *κατέστησεν.*

κάθῃ fr. 118 *ἀντὶ τοῦ κάθησαι* cf. Lob. ad Phryn. p. 359 *προκάθῃ* Themist. or. XIII, 171.

καινοτομίαι μετάλλων III c. 45 cf. Poll. III, 87. VII, 98. *καινοτομεῖν* Xen. vectig. IV, 27 cf. Boeckh. C. I. Gr. n. 162, 4. Ap. Plat. legg. IV p. 715 C: *καινοτομίας ὀνομάτων ἕνεκα* innovationis verborum causa, Polyb. XIII, 1. 2 *κ. τῆς οἰκείας πολιτείας.*

καρπεύειν fr. 110, Poll. VII, 149 etiam ex Aristoph. *Ταγηνισταῖς* laudat cf. Polyb. X, 28. 3, Inscr. Corcyr. ap. Boeckh. II. p. 17.

καταβέβρωκε fr. 249 = *κατεδήδοκε* metaphorice cf. Athen. p. VII, 290 E ex Hegesippo, VIII p. 344 B, Palaephat. c. 3 extr. Moeris *λέξ. ἀττ. καὶ ἑλλ. κατεδήδοκε ἀττικῶς· κατεβέβρωκε ἑλληνικῶς.*

καταῤῥητορευθείς I c. 22 cf. Lucian. de gymn. p. 401 B, schol. ad Aristoph. Plut. 586.

καττύεσθαι fr. 250 = *ὑποδεδέσθαι.* Poll. VII, 80 *καττύοντες* et *καττυόμενοι*, mediae formae exemplum a Pherecrate affert idem. §. 90.

κεραννύουσι fr. 72 = *κιρνῶσι* cf. Veitch l. l. p. 315: ‚Com. fr. (Alcae.) II, 829 (Theoph.) III, 627. Plut. moral. 451, Heliod. X, 29.‘

Κολωνέται fr. 12. in colono juxta fanum Eurysacis sito convenire solebant *οἱ μισθαρνοῦντες*, qui mercede operam suam locabant; ob eam rem ab Hyperide dicti sunt *Κολω-*

νέται. Hinc ortum est illud dictum proverbiale *ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν κολωνὸν ἴεσο*, de quo vide quae ad append. prov. IV, 49 adnotaverunt Paroemiographorum editores Gottingenses.

κομισικὰ πλοῖα fr. 169 portoria cf. schol. ad Apoll. Rhod. I, 401.

κονδυλίζειν et *κονδυλίζεσθαι* fr. 101 digitis in condylos contractis verberare, pugno caedere. Suid. s. v. *κονδυλίσας*. cf. Laert. Diog. p. 72 in Socrate (II, 21) ex Aristoxeno.

κόρη fr. 201. Poll. IX, 75 (Hultsch. metrolog. script. reliqu. I p. 289 sq.) *τάχα δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἑταιρίδων τῶν ἐν Κορίνθῳ*

καὶ τὰς μὲν ἄξῃ, πῶλον ἂν διδῷς ἕνα,
τὰς δὲ ξυνωρίδ'· αἱ δὲ κἀπὶ τεττάρων
φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν. φιλοῦσι δέ
τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅταν φέρῃς
πολλάς.

τὰς μὲν οὖν παρθένους λέγοι ἂν τὰς κόρας, αἷς ἐνεχεάραχτο Ἀθηνᾶς πρόσωπον, ὅθεν τὸ νόμισμα τοῦτ' Εὔβουλος ἐν Ἀγχίσῃ καλεῖ Παλλάδας. ‚Quod Minervae imaginem gestarent, ita nominati sunt, sed Palladem ab antiquis *κόρην* dictam fuisse nullo probi scriptoris testimonio constat. De Proserpina res est notissima, ut ejus insigniti figura nummi Siculi majore jure ac ratione *κόραι* appellari potuerint' interpr. ad Poll. l. l.

ἐπὶ κόρρης ῥαπίζειν fr. 100. Dem. XXI, 147 *παίαξαι ἐπὶ κόρρης*, item Lucian. Gall. c. 30, sed Catapl. c. 12 *παίειν κατὰ κόρρης*; Plut. roman. quaest. p. 267 D *παίουσι ἐπὶ κόρρης*, deinde *καὶ ῥαπίζουσι*; Achill. Tat. Leuc. II, 24. V, 23. VI, 20 *ῥαπίζειν κατὰ κόρρης*. Qui *ῥαπίζειν* voce usi sunt, recensentur a Lobeckio ad Phryn. p. 175. 176.

Liceat hoc loco fragmentum Hyperideae orationis in Dorotheum adscribere, quod fugit Blassium. Repertum id est in Etymologici Magni libro manuscripto Florentino n. 304 saec. X. et editum nuper ab E. Millero in libro ‚Mé-


Ἀμαντίς = *Ἀβαντίς*: vgl. Ahrens a. a. O. und Steph. Byz. s. v. *Ἀβαντίς* am Ende: *τὸ Ἀβαντία θηλυκὸν . . . . . κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ Ἀμαντία ἐλέχθη, παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακεδονικῇ περιηγήσει. Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντίνην ὡς Λεοντίνην αὐτὴν ἔφη· „καὶ Ἀμαντίνην ᾤκισαν Ὠρικίην.“*

Vielleicht gehört hierher auch *Ἀβίαντος* C. I. Gr. 1096. 2 = *Ἀμίαντος* wie Boeckh p. 572a vermuthet.

Ἀμυδών = *Ἀβυδών*: vgl. Strabo VII. 330 fr. 20: *ἐπίκειται δὲ τῷ ποταμῷ τούτῳ* [scil. *τῷ Ἀξίῳ*] *χωρίον ἐρυμνόν, ὃ νῦν μὲν καλεῖται Ἀβυδών, Ὅμηρος δὲ Ἀμυδῶνα καλεῖ.* Vgl. Il. 2. 849, 16. 288, Eustath. 360. 3, Steph. Byz. s. vv. Wahrscheinlich verwandt mit *Ἄβυδος*, Name dreier Städte nach Steph. B.

βαλσαβίτα = *βαλσαμίτα*: vgl. Myrepsus antidota 27 und Ducange s. v.

βάρμιτον (vgl. auch *βάρμος* b. Athen. XIV. 636c) ist Aeolische Form für *βάρβιτον*: Ahrens de dial. Aeol. 45. Auch bei Pollux *δ*. 59: *„βάρβιτον τὸ δ' αὐτὸ καὶ βαρύμιτον“* ist wohl *βάρμιτον* zu lesen.

Βάταλος, ein bekannter Eigenname (vgl. Benseler Wörterb. d. Griech. Eigenn.) ist vielleicht identisch mit *Μάταλος* C. I. Gr. 8498: vgl. Welcker Rhein. Mus. 1832 p. 288, Franz elem. epigr. 343, Keil anal. epigr. 238.

Βελέμινα, Stadt Lakoniens bei Paus. III. 31. 3, VIII. 35. 3, wovon *Βελμινᾶτις* [*χώρα*], Landschaft um B. bei Polyb.

II 54, ist identisch mit dem bei Plut. Cleom. 4 (vgl. Schömann ad Plut. Cleom. p. 184) und Hesych. bezeugten *Βέλβινα*.

Βελιστίχη oder *Βελεστίχη*, Name einer Olympionikin bei Paus. V. 8. 11 und einer Hetäre Ptolemaeus II, welche als Aphrodite Bel. in Alexandrien verehrt wurde (Plut. amal. 9 und Suid. s. v. *Βελεστίχη*), ist nach K. Keils (Spec. onomat. Gr. p. 28) ansprechender Vermuthung gleich *Μελιστίχη* (Frauenname b. Arist. Eccl. 46) zu setzen und daher nur durch die Deminutivendung verschieden von *Μελισταίων* und *Μελιστώ* (Benseler, Wörterb. d. griech. Eigennamen).

βεμβράς = *μεμβράς*, Name einer Sardellenart. Verwandt ist *βαμβραδών* bei Epicharm und Sophron nach Athen. ζ 28 und *βεβράς* bei Hesych. s. v. *βεβράδα· ἀθερίνην*. Hiernach scheinen ähnliche Bildungen wie in *βέβλωκεν* = *βέμβλωκεν* und *βέβλειν* = *βέμβλειν* vorzuliegen.

βῆρυς = *μῆρυξ*: vgl. Hesych. s. v. *βῆρυς· ἰχθύς* und s. v. *μήρυκες· ἰχθύες*. Aehnlich schwanken im Auslaut *αἰακίξ* (Hesych.) und *αἰακίς*, *βρένθιξ* und *βρένθις*, *δίφρακξ* und *διφράς*, *θρῆνξ* und *θρῆνυς*, *λίθακξ* und *λιθάς*, *ψίακξ* (Hesych. s. v. *ψίακα*) und *ψιάς*.

Wahrscheinlich gehören auch die Städtenamen *Κάβειρος* (in Böotien Paus. IX. 25. 6) und *Κάμειρος* (auf Rhodos) hierher, zumal da auch die Frauennamen *Καβειρώ* und *Καμειρώ* identisch zu sein scheinen.

σαβαρίχη = *σαμαρίχη*, weibliche Schaam. Erstere Form ist bei Weitem die vorherrschende vgl. Phot. p. 495. 1: *σαβαρίχην· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Τηλεκλείδης*, Hesych. s. v., Arcad. 133. 16 (= 115. 28 ed. Barker). Letztere findet sich nur bei Theognost 118. 17 (Bekker giebt Anecd. p. 1398 *μαρίχη*) und beruht möglicherweise auf einem Schreibfehler.

σκόλυβος = *σκόλυμος*: vgl. Hesych. s. v. *σκόλυβος· σκόλυμος*, wobei jedoch auch die Möglichkeit bleibt, hier verschiedene Suffixe anzunehmen.

τερέβινθος = τέρμινθος: vgl. Stephanus thes. s. vv. Aus der letzteren Form ist auch wohl Italien. *trementina* entsprungen, dessen *m* Diez I. 281 Romanischem Lautwechsel von *b* und *m* zuschreibt (vgl. oben S. 129).

V. Eine fünfte und letzte Kategorie bilden endlich die zwischen *β* und *μ* schwankenden Fremdwörter, bei denen es zweifelhaft bleiben muss, ob ihr Schwanken erst auf Griechischem oder schon auf fremdem Boden eingetreten ist. Ich bin geneigt, eher das letztere anzunehmen, da es namentlich einige Thrakische Wörter sind, welche wir hier aufzuführen haben. Wir begnügen uns mit einfacher Aufzählung derselben und der Angabe der dafür in Betracht kommenden Zeugnisse.

1) *Βάργος = Μάργος*, Fluss in Moesia superior: vgl. Strabo ζ, 318. 12: *Ὤικισαν δ' οὗτοι (οἱ Σκορδίσκοι, wahrscheinlich ein den Thrakern verwandtes Volk) παρὰ τὸν Ἴστρον διῳκημένοι δίχα, οἱ μὲν μεγάλοι Σκορδίσκοι καλούμενοι οἱ δὲ μικροί· οἱ μὲν μεταξὺ διεῖν ποταμῶν ἐμβαλλόντων εἰς τὸν Ἴστρον, τοῦ τε Νάρου τοῦ παρὰ τὴν Σεγεστικὴν ῥέοντος καὶ τοῦ Μάργου, τινὲς δὲ Βάργον φασίν.*

2) *Βάστειρα = Μάστειρα*, Stadt in Thracien. *M.* ist die Lesart des cod. Σ bei Demosth. VIII. 44 und X. 15, während Harpocration s. v. *Μάστειρα* berichtet: *Βάστειραν . . . . . εὑρίσκομεν παρ' Ἀναξιμένει ἐν ἑβδόμῳ τῶν περὶ Φίλιππον* (vgl. auch Suid. s. v. *Μάστειρα*).

3) *βέμβρανον = membranum* und *βεμβράνα = membrana*: vgl. Etym. m. 790. 7: *φελόνης· εἰλητὸν τομάριον, βέμβρανον κ. τ. λ.* und Ducange gloss. med. et inf. Graec. s. v. *βεμβράνα*.

4) *Βενδῖς = Μενδῖς*, Thrakische Mondgöttin: vgl. Luc. Jup. tr. 8 und den Scholiasten zu dieser Stelle, Hesych. s. v. *B.* und Bekk. anecd. 1192: *Μενδῖς, Μενδῖδος, Μενδῖδι, Μενδῖν, Μολῖς . . . . Λιαρτῖς . . . . ταῦτα δέ εἰσιν ὀνόματα δαιμόνων τιμωμένων παρὰ Θραξίν.*

5) *Λέρβη = Λέρμη*, Stadt in Lykaonien: vgl. Suid. s. v. *Λέρμη*.

6) *Κάλβιος = Κάλμιος*, Quelle in Lycien: vgl. Steph. Byz. s. v. *Κάλβιος· χώρη Λυκίας . . . . τινὲς δὲ αὐτὴν καὶ διὰ τοῦ μ φασί.*

7) *Καρβίνη = Κάρμινα*, Insel im Persischen Meerbusen: vgl. Benseler, Wörterb. d. griech. Eigennamen.

8) *Μαγαῖος*, der Bruder des Pharnabazos (vgl. Plut. Alc. 39) wird bei Corn. Nep. Alc. 10 *Bagaeus* genannt, welcher Widerspruch indess wohl nur auf der Verwechselung zweier ganz verschiedenen Persischen Namen beruht.

Zum Schluss sei es mir noch verstattet, in aller Kürze meine Ansicht von den physiologischen Gründen dieses Lautwechsels darzulegen. Was zunächst den Uebergang von *μ* in *β* anlangt, so ist es mir wahrscheinlich, dass derselbe erst dann eintrat, als *β* bereits in vielen Wörtern die Geltung des interlabialen Spiranten, den Brücke in seinen Grundzügen d. Physiol. d. Sprachlaute S. 34 fg. beschreibt und mit w^1 bezeichnet, erlangt hatte. Hierzu werde ich hauptsächlich durch die Erwägung bestimmt, dass ein Uebergang des labialen Nasalen *μ* in die viel schärfere Artikulation erfordernde echte Media *β* ohne nachweisbaren Einfluss von Nachbarlauten nothwendig einer Lautverstärkung gleichkommen und somit der sonst in der Sprach geschichte herrschenden Grundrichtung des Verwitterns der Sprachlaute widersprechen würde.[1]) Wann dieser Uebergang der alten Media in den Spiranten stattfand, lässt sich freilich nicht ganz genau bestimmen, doch scheint er ziemlich alt zu sein, wie aus der Thatsache hervorgeht, dass *β* schon in sehr früher Zeit das Digamma, also wahrscheinlich den labiodentalen Spiranten, vertreten konnte, auch in Wörtern, bei denen aus Mangel an bestimmenden Nachbarlauten an eine Verhärtung des *F* zur Media *β* nicht zu denken ist, wie z. B. in *βίκιον = vicia* und *σέβω* (*severus*): vgl. Curtius Gr. 537 fg. Aehnlich wurde ja auch *γ* bis-

1) Ausserdem ist der Uebergang von *m* in die Media *b* meines Wissens bis jetzt überhaupt noch unerwiesen.

weilen und zum Theil schon sehr früh so weich ausgesprochen, dass es, wie im Homer. *σίαλος* neben *σιγαλόεις*, in *ὀλίος* für *ὀλίγος* beim Komiker Platon und andern von Curtius S. 561 beigebrachten Beispielen sogar spurlos zu verschwinden vermochte.

Dagegen hat es durchaus gar kein Bedenken für den Uebergang von *β* in *μ* die alte echte Aussprache der labialen Media anzunehmen und die Erklärung davon in der geringeren Artikulationskraft zu erblicken, welche offenbar der Nasal vor dem Explosivlaute voraus hat.

2) *Ueber μήχι, ναίχι, οὐχί und ἦχι.*

Es ist eine meines Wissens noch nicht erledigte Frage, wie das Suffix *-χι* der vier Wörter *μήχι* [1]), *ναίχι*, *οὐχί* und *ἦχι* (dorisch *ἄχι* [2]) zu erklären sei.

Zunächst leuchtet ein, dass wir es hier mit einem accessorischen, die ursprünglich selbstständigen Formen *μή*, *ναί*, *οὐ* und *ἦ* verstärkenden Elemente zu thun haben, da sich dem griechischen *μή* das *mâ* des Sanskrit und Zend, dem *ναί* (offenbar ein Lokativ des bekannten Pronominalstammes *na*) das lateinische *nae* zur Seite stellen, welche beide nicht die geringste Spur eines Consonantschwundes im Auslaute verrathen. Dasselbe ist auch für *οὐ* wahrscheinlich; wenigstens sehe ich in dem von Pott Etym. F. II. 64 angezogenen Sanskrit. *avâk* (deorsum) noch keinen

---

1) *μήχι* wird bezeugt in Bekkers Anecd. p. 108. 14: „*μήχι· ὡς ναίχι καὶ οὐχί. Εὔβουλος Λαιδάλῳ.*“

2) Vgl. Hesych. s. v. *ἄχι· ὅπου*, Etym. m. 417. 1: „*οἱ Λωριεῖς ἄχι λέγουσι διὰ τοῦ α· ‚Ἄχι Λίχα μέγα σᾶμα‘, τουτέστιν ὅπου τοῦ Λίχα τὸ μέγα μνημεῖον, καὶ ‚ἄχι ὁ κλεινὸς Ἀμφιτρυωνίδας‘*“ *κ. τ. λ.* Ueber die Schreibung mit oder ohne *ι* subscr. vgl. das Etym. m. p. 417. 1 u. La Roche, Homer. Unters. p. 182. Für *ναίχι* gab es auch eine, wahrscheinlich Böotische, Nebenform *νήχι*, die von Hesych. überliefert wird.

hinreichenden Grund, um mit ihm auf eine Verstümmelung von *οὐκ* in *οὐ* zu schliessen, da auch in *ἀνᾶκ* das auslautende *κ* recht wohl ein accessorisches Element sein kann.

Ferner lehren das nicht erst Neuionische, sondern schon Homerische *οὐκί*, das sich noch im Neugriechischen erhalten hat (vgl. Kind in Masius Jahrbb. f. Pädagogik 1866 S. 113), so wie das auf einer Attischen Vase beigeschriebene *ναίκι* (vgl. O. Jahn, Beschreibg. d. Vasensammlg. in München No. 515), endlich die Glossen des Photius: „*ναικισῆρεις καὶ παρὰ Φερεκράτῃ καὶ Ἑρμίππῳ. τοὐναντίον δὲ σημαίνει τῷ ἀληθεύειν*“ und des Hesychius s. v. *ναικισσορεύοντας*: „*τινὲς δέ φασι ναικισσῆρεις λέγεσθαι ἐπὶ τοῦ ἐμφαίνοντος ὁμολογεῖν καὶ μὴ ὁμολογοῦντος. τῶν κατεψευσμένων ἡ λέξις*“, dass in allen vier Wörtern *-χι* aus ursprünglichem *-κι* durch Aspiration entstanden ist, dass wir also von der Tenuis ausgehen müssen, wenn wir diese Formen erklären wollen. Dasselbe *κ*, welches in *οὐ-κί* erscheint, findet sich übrigens auch in *μη-κ-έτι*, das somit eine vollkommene Parallele zu *οὐ-κ-έτι* bildet und von der bisherigen Griechischen Grammatik (vgl. Buttmann, ausf. Gr. I. 95, Krüger 11. 11. 3) wenig wahrscheinlich entweder als nach falscher Analogie von *οὐκέτι* gebildet oder als eine Zusammenziehung von *μή* und *οὐκέτι* — wo es doch *μωκέτι* heissen müsste — erklärt worden ist. Wir dürfen dagegen aus der Existenz dieses *μη-κ-έτι* um so sicherer auf eine verloren gegangene Form *μή-κι* neben *μή-χι* schliessen, als ja, wie schon Buttmann ausf. Gr. II. 370 (vgl. auch Bopp, vgl. Gr. ^{2}II. 194) scharfsinnig vermuthete, auch *οὐκ* nur eine Verkürzung aus dem volleren *οὐκί* ist, eine Annahme, die bei dem Tonanschluss des *οὐκ* an vokalisch anlautende Wörter allerdings sehr hohe Wahrscheinlichkeit hat.

Wie lässt sich nun aber dieses *-κι* der sonach vorauszusetzenden Formen *μή-κι*, *ναί-κι*, *οὐ-κί* und *ἦ-κι* auffassen? Mir scheinen zwei Erklärungen möglich zu sein, die jedoch nicht allzuweit auseinander liegen: entweder hält

man es für einen aus ursprünglichem *-κοι* abgeschwächten Lokativus des indefiniten (und interrogativen) Pronominalstammes *κα* (vgl. Curtius Gr. [3] S. 425 fg.), der bekanntlich im Ionischen *κώς*, *κού*, *κοτέ* am deutlichsten erhalten ist, oder man erblickt darin den neutralen Accusativ des nahe verwandten und ebenfalls indefiniten (oder interrogativen) Pronomens *κι* (Curtius Gr. S. 446). Im ersteren Falle würde also *ἴ-κι* ganz ähnlich gebildet sein wie *ὅ-κα* oder *ὅ-τε*, deren *-κα* und *-τε* nach Curtius Gr. S. 444 ebenfalls mit dem Stamme *κα* zusammenhängen und man brauchte nur anzunehmen, dass das *ει* der Formen *ναι-κει*, *οὐ-κει* u. s. f. im Laufe der Zeit zu *ῑ* geworden, sich dann verkürzt hätte, eine Erscheinung, die wir noch ganz deutlich bei den homerischen Lokativen auf *-ει*, *ῑ* und *ι* beobachten können, indem Formen wie *ἀθεεί* (Od. 18, 353), *ἀνουτητῑ́* (Il. 22, 371), *ἀνωϊστῑ́* (Od. 4, 92), *ἀσπουδῖ* (Il. 22, 304) neben *μελεΐστῑ́* (Il. 24, 409) und *ἀμογητῑ́* (Il. 11, 637) vorkommen.[1]) Bringen wir dagegen, was mir wegen der grösseren Einfachheit empfehlenswerther scheint, jenes *-κι* mit dem Stamme *κι* zusammen, so stellt sich *οὐ-κί* ungezwungen neben das identische *οὔτι* bei Homer und anderen Dichtern, das bekanntlich häufig einem Adjectivum oder Verbum beigesellt wird und dann die Bedeutung eines einfachen *οὐκ* hat.[2])

Wie dem nun auch sein möge, jedenfalls finde ich eine willkommene Bestätigung der Annahme, dass *-κι* indefiniten Ursprungs sei, in dem schon von Bopp vgl. Gr. II [2] 194 zur Stütze seiner übereinstimmenden Auffassung von *οὐκί* herangezogenen altlateinischen *nec* in der Bedeutung von *non*. Vgl. hierfür Festus p. 162: „*nec* coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiunctionem, ut ‚*nec legit nec scribit*', cum si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, in-

1) So findet sich auch *παυδημί* in der Anthologie V. 44 neben dem gewöhnlichen *παυδημεί*.

2) Ebenso steht natürlich das ganz gleich angewandte *μήτι* neben *μήκι*.

tellegi possit eam positam esse ab antiquis pro *non*, ut et in XII est: ‚*ast ei custos nec escit*'. item: ‚*si adorat furto, quod nec manifestum erit*' etc. Dieses alte *nec* = *non* liegt bekanntlich auch den Formen *nec-lego*, *nec-opinans*, *negotium* u. s. w. zu Grunde und setzt natürlich ein volleres *ne-que* voraus, über das neuerdings O. Ribbeck (Beitr. z. Lehre von d. latein. Partikeln S. 24 fg.) ausführlicher gehandelt hat, der übrigens das indefinite *-que* für einen Instrumentalis von *quis* erklärt, während es doch recht wohl auch Lokativ sein könnte. Wie aber dieses indefinite *-que* nach Ribbeck dazu dient, den Umfang des betreffenden Begriffs zu erweitern, so scheint dasselbe auch bei jenen vier Griechischen Wörtern der Fall zu sein, die sich von den einfachen *ναί*, *μή*, *οὐ* und *ἦ* eben nur durch das Plus jener wahrscheinlich indefiniten Anhängesylbe *-κι* unterscheiden.

Was endlich die abweichende Accentuation in *οὐχί* und *οὐκί* betrifft, so erklärt sich dieselbe, wie schon Buttmann (ausf. Gr. II. S. 370) mit Recht annimmt, aus der Ansicht der Alten, wonach *οὐχί*, *ἦχι*, *ναίχι* als *ἐπεκτάσεις* von *οὐ*, *ἦ* und *ναί* zu betrachten sind. Da nun *ἦ* und *ναί* an sich schon einen eigenthümlichen Ton haben, während *οὐ* eines solchen ermangelt, so lag es nahe, auch in den Epektasen der Accentuation der ursprünglichen Formen zu folgen. Auf diese Weise musste die Ultima in *οὐχί* den Ton erhalten, da *οὐ* an sich fast immer Atonon war. Vgl. auch das Etym. m. p. 607. 29: „*τὸ δὲ οὐχί ὤφειλε βαρύνεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τῆς οὐ ἀρνήσεως γέγονε κατὰ ἐπέκτασιν τοῦ -χι, παραλόγως ὀξύνεται καὶ κατὰ τὴν ἐπέκτασιν.*"

Nachtrag. Analog dem vorausgesetzten *ἦχι* scheint das Kretische *ἄτι* für *ἄτινα* gebildet auf der uralten Gortynischen Inschrift, wo ich mit Voretzsch in Fleckeisens Jahrbb. 1869 S. 673 lese: *καὶ τὰ χρημα[τ'] ἀναιλίθαι ἄτι κα κατα [θῆ ὁ ἀν] φανάμενος*, d. h. „und soll alle die Geschenke (Gelder?) als Eigenthum erhalten, welche dargebracht (deponirt?) hat der *ἀνφανάμενος*.

De nominibus propriis et Latinis in is pro ius et Graecis in ις ιν pro ιος ιον terminatis.

SCRIPSIT

FRANCISCUS GUSTAVUS BENSELER

FRIBERGENSIS.

Nomina propria, quae terminationibus brevioribus is, et ις ιν pro plenioribus ius et ιος ιον utuntur, et Latina et Graeca lingua novit probavitque, id quod tituli inscriptionum testantur, in quibus formae *Cornelis* pro *Cornelius*, Δημῆτρις pro Δημήτριος, Καλλίστιν pro Καλλίστιον saepissime leguntur. Eo tamen discrimine leguntur, ut Graeca ejusmodi nomina non ante medium saeculum primum post Christum natum exstiterint, Latina vero in primis fere Latini sermonis monumentis, quae etiam nunc relicta habemus, nobis tradita sint. Praestabit igitur a Latinis incipere, quippe quae aetate priora sint, quum id quidem fieri potuerit, ut recentiora ad modum auctoritatemque superiorum formarentur, nemo vero putet haec ex illis originem ducere.

Priusquam vero hanc primam disputationis meae partem incipiam, necesse est me illius viri sententiam breviter indicare, qui primus omnium huic rei operam dedit libellumque illum composuit *de declinatione Latina quadam reconditiore*, cui postea *supplementum* addidit in *indice scholarum per menses hibernos* 1861—62 *Bonnae habendarum;* qui non modo exempla titulorum tanto studio conquisivit eruitque, ut vix unum alterumve novum addere liceret, sed etiam, affinibus sermonis Latini formis ad comparandum adhibitis, rationem indicavit et praescripsit, qua tamquam clave formas illas

admodum explicatu difficiles aperiremus. Dico *Ritschelium*, magistrum nostrum summe reverendum, cujus judicium de his formis fere hoc est: quum aliquando in sermone Latino declinatio propria nominum pronominum adjectivorum quae postea in ius ium terminarentur talis exsisteret, ut nominativus es vel is, et neutri generis im, genetivus es vel is sed abjecta plerumque littera finali s, dativus e vel i, accusativus em vel im, vocativus e vel i, ablativus e(d) vel i(d) terminationem haberet, servasse eam declinationem, ut alia vetusta plurima, sermonem vulgarem et in nominativis nominum propriorum in is pro ius terminatorum nonnullorumque pronominum, ut *alis* pro *alius*, et in genetivis in i pro ii exeuntibus, et in vocativis sola i littera formatis, quum ie postularetur, et in casibus obliquis plurimorum pronominum. Hinc eam declinationem ad Graecos transiisse ibique etiam constantius perstitisse quam inter ipsos Romanos posteriorum saeculorum. v. *decl.* p. 15.

Aliter judicavit *Buechelerus* in libello cui titulus est: „Grundriss der latein. Decl." 1866 p. 11 sqq., qui formas *Clodis alis* similes contractas esse ex *Clodius alius* censet, postquam terminatio ius assimilatione haud rara in iis permutata sit, secundum morem linguae Oscae, in qua nominativi in iis cum aliis ejusdem declinationis in is exeuntibus, *Pupidiis* cum *Stenis*, quorum uterque nominativo Latino in ius terminato responderet, vicissim exstarent. Cui assensus est *Curtius*, magister noster summe reverendus, in *programmate* quod nuperrime edidit *de adjectivis Graecis et Latinis L litterae ope formatis;* nec dissensit ab his *Mommsenius*, quum in libro de *nummis Romanorum* p. 471 diceret linguam Latinam in his nominibus initio inter ios ius, iis is terminationes fluctuasse. Denique *Corssenius*, qui pluribus locis has formas vel tetigit tantum vel sermone pleniore explicare conatus est, primum quidem in priore editione libri notissimi, quem appellavit: „*Aussprache Vocalismus und Betonung der lat. Spr.*" p. 147 contendit: vocalem o ante s litteram ejectam esse, ut ex ius is fieret; ibidem

p. 182: formas in is̄ pro ius exeuntes eadem contractione ortas esse qua *huis cuis eis* ex *hujus cujus ejus, magis satis* e *magius satius*, postquam ū vocalis per quandam voluntariam affinitatem (‚Wahlverwandtschaft') inter s̄ et ī in i vocalem permutata sit; ibidem p. 354: causam illius contractionis esse antiquiorem sermonis Latini accentum, quem etiam si syllaba paenultima producta esset — fuit autem olim producta in *Clodius* similibusque — antepaenultima usurpare posset, quoniam e *Clódius*, non vero e *Clodĭus* natum esset *Clodis*. Idem tum disseruit de his formis ‚*Kuhn's Zeitschrift*' V, 88, referens īs̄ terminationem ad ēja Sanscriticam Oscamque ejus vicariam aāija, e quibus postea iis īs̄ terminationes correptione sensim ortae essent, quibuscum compares velim quae idem protulit ibidem vol. IX p. 149. Iterum ad has formas reversus in libello quem appellavit ‚*Kritische Beiträge zur lat. Formenlehre*' p. 562 sqq. contendit declinationem illam reconditiorem Latinam Ritschelii omnino non exstitisse. Postremo idem novam viam explicandi magis indicavit quam ingressus est in editionis alterius libri supra memorati de pronuntiatione et q. s. sermonis Latini volumine primo duobus quidem locis, p. 289 et nota p. 758. Ubi fere haec exhibet: ut Romani aetate Gracchorum ab Oscis Sabellisque morem acceperint productam vocalem geminata littera reddendi, ita verisimillimum esse hinc formas illas correptas in īs̄ et ī — ut *Cornelis* et *Cornelı* inscriptionum pro *Cornelius* — exeuntes in sermonem et scripturam Romanam invasisse.

Quum vero tali et tanta discrepantia opinionum virorum doctissimorum moneremur, ut circumspectione summa ab inconsulto judicio abstineremus, priusquam totam quaestionem essemus perscrutati, hunc ordinem primae partis hujus disputationis instituimus, ut primum exempla ipsa enumeraremus, deinde de singulis singulorum sententiis, quid in unam quamque posset proferri et quo posset una quaeque defendi exponeremus.

Exempla quae summo studio a Ritschelio collecta esse jam memoravimus haec sunt:

primum octo in epigraphis ollarum cinerariarum reperta et cuncta ad tempora belli Mithridatici Gracchorumque pertinentia, quae Ritschelius decl. p. 7 sqq. reddidit: *Sestilis Tusanis Caecilis Barnaes* — i. e. *Barnaeus* ut *Vol. Gratus Barnaeus: ‚Mittheilungen des Vereins für Geschichte u. Alterthumskunde'* t. II. p. 118 sqq.; *D. Poblici Barnai* i. e. *Barnae* in Inscr. Orell. n. 1658, a Ritschelio supplem. p. 7 comparandi causa allatum — *Ragonis Clodis Remis Anavis;*

deinde recentiora non nimis multa, a Ritschelio ib. p. 6 sqq. enarrata: *Sallustis Lucilis Samilaris,* vel potius e conjectura Ritschelii *Samiaris, Nassis Helis Sevis* (‚nisi id fuit potius *Sejus*') *Brutis Fulvis Ventinaris Eugenis,* quamvis hoc potius Graecum sit, *Accis* (‚ut videtur') *Januaris Scottis Scoti Scottim* (‚perdubium'), et in muris parietibusque Pompejanis incisa quaedam ‚quae etsi perdubiae saepe lectionis sunt, tamen ceteris certiora videntur haec esse': *Hagius Ampelis,* etsi hoc quoque potius Graecum est, *Galluvis* (‚nisi fallimur *Galluvius*'), *Primigunis, Arruntis, Apeleis* i. e. *Apellius.*

His nonnulla quamvis perpauca addere potui e volumine altero *inscriptionum Latinarum* ab *Huebnero* nuper edito. Sunt: *C. Julius Flavis* ib. 3716, *L. Tiberis* ib. 4970, 256, *Sertoris* ib. 3056, *Cam. Chios Ampelis* ib. 494, quod non concesserim nomen muliebre esse sed potius virile Graecum ut supra memoratum *Hagius Ampelis* et Ἀμπέλις C. I. Gr. n. 5304. 6440, *P. Vergilius. P. L. Samnis* ib. 3512, ubi ‚*Samnis* cognomen est, non populi Samnitium indicatio' v. Huebneri notam ad hanc inscriptionem; *Vivis Braet[ii]* ib. 4971, 498, c, quamvis propter inscriptiones 4971, 498, a. b. pro *Vivis* scribere maluerim *Suavis, Junia M. F. Simmodim* ib. 1837, nisi id barbarum est. Perdubii sunt, quamvis omittere noluerim, genetivi *Modestis* et *Slaccis* ib. 455 in hac inscriptione: Quintus. Modestis. A. XXV. Placidia Modestis A. XIII. Boudica Slaccis. Modestus Cirtiatiss.

Liberis uxori sibi, — quos Huebnerus genetivos barbaros in is exeuntes esse censet; item *Flacis* i. esset *Flaccis* ib. 2531, quum inscriptio sit: CARI . . BE | FLACIS | SECVNDI V. S. Denique alicujus fortasse quamvis levissimi momenti exemplum huc pertinens est *Brindisim* ex Codicis Bobiensis Palimpsesti Commentariis in Cic. Orr. 153, 19 a Schuchardto ‚Vocalismus des Vulgärlat.' vol. II. p. 206 allatum, quocum mire congruunt et *Brindisi* in Itin. Hierosol. 609, 9. Tab. Peut. VI, b, et nomen Italum quod nunc manet *Brindisi*, quorum utrumque censuerim abjecta m littera e *Brindisim* forma natum.

Hunc certe minorem quam exspectaremus numerum exemplorum augeri copia et eorum quae in nominativo correptione scripturae usa in i pro is terminarentur, quae huc pertinere primus Mommsenius ostendit in libro de nummis Romanorum p. 471 quaeque jam summa antiquitas exhibet, et multorum Graecis litteris redditorum Ritschelius aperuit atque illustravit. Illorum vero multitudo nimia est, quam ut afferri possint singula; antiquissima exempla Ritschelius perscripsit decl. p. 14: ex elogiis Scipionum *L. Corneli L. F. P. N. Scipio*, ex epitaphiis Praenestinis 44, 45 *L. Oppi L. F. Flaccus. Patr.* et *L. Oppi L. F. Flaccus. Filius*, e Sc. de Bacchanalibus *Sc*(ribundo) *Arf*(uerunt) *M. Claudi. M. F. L. Valeri. P. F. Q. Minuci. C. F.*, e titulo Mummiano *L. Mummi. L. F. Cos. Duct*(u). *Auspicio. Imperioque. Ejus. Achaja. Capta.*, e Romano Or. Henz. 5321 *C. Fanni. M. F. Cos. De. Sena. Sen. Dedit.*, e pagi scito Herculanei *G. Blossi. M. L. Protemus*, e Caeretanis *L. Faltini. M. F. Niger*, quibuscum compara alia ib. p. 13 perscripta et exempli gratia in altero vol. corporis inscr. Lat. n. 76. 96. 261. 1095. 1901. 3302. 3433. 3473. 3474. 3687. alia permulta.

Alterius generis nominum Graecis litteris redditorum exempla vir doctissimus decl. p. 5. 6. haec collegit: Ἀπῶνις C. I. Gr. n. 4742 in inscr. Aegyptia, Λὐρηλις Βιτάλης ib. 5700 in inscr. Sicula, T. Λὐρηλις Ἡγάθεος ib. 6666 in inscr. Romana, Ἀφροδιτάρις (‚quando Latina termi-

natio est') a Welckero Syllog. p. 18 allatum, *Αὐρ. Γάεις* ib. C. I. Gr. n. 3976 in inscr. Phrygia, *Δομίτις* in testis Nubiensibus a Niebuhrio editis ap. Welckerum l. s. s., quum numerus tituli 5402, quem Ritschelius citat falsus sit errore typothetae, *Ἰανουάριν* ib. 3857, q, Add. accusativus, *Ἰγνάτις Καρικός* ib. 5396 in inscr. Sicula, et *Ἰγνάτις* ib. 9694 in inscr. Christiana Romae reperta, *Ἰοῦλις Τερεντιανός* ib. 7119 in gemma incisum, et *Ἰοῦλις Κασσιανός* ib. 8947, v in inscr. Sinaitica, *Καλπόρνις Σόρνος* ib. 4366, w in inscr. Pisidica, *Καρουέντις* i. e. Carventi (cfr. St. B. v. *Καρούεντος*) oppidi Latini incola ib. 6244, *Τιβέρις Κλαῦδις* ib. 3109 in inscr. Teia, et *Κλαῦδις Ἀχιλλᾶς* ib. 5198 in inscr. Aegyptia, *Ἄλφ(ιος) Κλῶδις* ib. 5465 in inscr. Sicula, *Κοσσάντις* (i. e. *Κοστάντις*) *Βονιφά(τις)* ib. 9462 in inscr. Sicula, *(Α)υρέντις* ib. 9883 in inscr. Aquilejensi, cfr. Welckeri Syll. p. 18 (*Λαβέρις* a Ritschelio sub eodem titulo allatum non potui reperire), *Λιτόρις* ib. 3309 in inscr. Smyrnaea, *Λοῦκις Γράνιος* ib. 6580 in inscr. Tusculana, et *Λοῦκις ἐπίσκοπος* ib. 9674 in inscr. Christiana Romae reperta, *Μάρις Σικελός* ib. 9837 in inscr. Christiana ibidem reperta, *Κόιντος Νόννεις* ib. 2322, b, 84 in inscr. Rhenaeae (*Ῥηναίας*) insulae, *Αἴλιος Ὀκτάβις* ib. 5197 in inscr. Aegyptia, *Πατρίκις* ib. 9260 in inscr. Galatica, *Πεσκέννις* ib. 5719 in inscr. Sicula, *Τιβέρις* ib. 3109 in inscr. Teia jam allata. Quo accedit *ῥητιάρις* appellativum: *Στέφανος ῥητιάρις* ib. 2663 in inscr. Halicarnassensi, et *ῥητιάριν Μελάνιππον* accusativus in Welckeri Syll. p. 58.

Quibus haec adjeci: *Βενέρις* ib. 9684 in inscr. Christiana Romae reperta, *Γαλάτι* i. e. *Γαλάτιε* vocativus ib. 7328 in gemma incisum, et *Γαλλάτις* ib. 1656, b in inscr. Boeotia jam a Ritschelio allatum, *(Ἰ)ούλ(ι)ς* ib. 1997, c, Add. in inscr. Macedonica, *Καλίδις* ib. 4366, w, lin. 59 in inscr. Pisidica jam supra allata, *Κα(λ)πο(ῦ ρ)νις* ib. 4423 in inscr. Ciliciensi, *Καλπύρνις Πίσων* ib. 6674 in inscr. Romana, *Φλ. Κυρῖνις* ib. 9672 in inscr. Chri-

stiana Romae reperta, *(Αι)κίννιν* ib. 4944, b, Add. accusativus in inscr. Aegyptia, *Λουκις Κορνήλι* ib. 5407 in inscr. Sicula, *Κλῶδις* in inscr. Hispana v. Corp. Inscr. Lat. vol. II p. 251, *Λοῦκις Πακῶνις*, C. I. Gr. n. 4340, d, Add. in inscr. Pamphylia, idemque nomen quamvis valde mutilatum redit 4340, e, Add., *Λουκρῆτις Ἀκτιακός* ib. 6516 in inscr. Romana, *Μάρις* ib. 9238 in inscr. Christiana Isaurica, *Ὀ(κτά)βις Τρόφιμ(ος)* ib. 6623 in inscr. Etrusca, *Μάρκος Οὔλπις καὶ ὁ υἱὸς Μάρκος Οὔλπις Ἀρτέμων* ib. 5937 in inscr. Romana, *Πακῶνις* ib. 4340, d, Add. e, Add., jam allatum, *(Πε)τρῶ(ν)ις* ib. 4765 in inscr. in Syringibus reperta, et *Πετρώνεις* ib. 9655, b in inscr. Christiana Romae reperta, *Πλῆνις* (?) i. e. *Plinius* apud Athanasium ut fertur, cfr. ‚Benseler Wörterbuch der griech. Eigennamen' sub *Πλῖνις*, *Ὦλος Πλῶτις Σεβῆρος* C. I. Gr. n. 6987 in inscr. incertae sedis, *Πόπις* i. e. *Πόπιος Pupius* v. ‚Benseler, Wörterbuch' et q. s. sub *Πόπιος*, *Πόπλι* C. I. Gr. n. 2114 in inscr. Chersonesi Tauricae, *Ποῦπ(λ)ις* ib. 6539 in inscr. Romana, *Ῥῶσκις* ib. 5649 in inscr. Sicula, *Σαῖνις Ἐπαφρόδειτος* ib. 5857 in inscr. Campana, *Κούϊντος Σόσσις* ib. 5728 in inscr. Sicula, *Σπηράντι* i. e. *Σπηράντιε* vocativus ib. 9797 in inscr. Christiana Romae reperta, *Μ. Αὐρ. Τόλλις* ib. 4311 in inscr. Lycia. Accedit nomen fundi neutri generis *Παλουμβάριν* ib. 8883 in inscr. Romana.

Nec solum Latini talia nomina propria in $\overline{\text{is}}$ pro $\overline{\text{ius}}$ exeuntia noverunt, sed etiam in reliquis Italiae linguis Oscorum, Umbrorum, Sabinorum, Faliscorum eaedem formae prorsus fuerunt usitatae. Ut enim Oscum *Gaaríis Niumeríis Staatiis Paapiis Pupidiis* Latino *Gavius Numerius Statius*, sic sine dubio Oscum *Heírennis* sive *Heírenni*, abjecta s finali ut *Corneli* similiaque in Latinis inscriptionibus, *Kuirinis Niumsis Pakis Stenis* jam Latino respondet *Herennis Quirinis Numeris Paquis Stenis*, quum Oscum *Maís*, nam í fere vim habet $\overline{\text{e}}$ Latinae, proxime accedat ad Latinum illud *Barnaes;* cfr. Mommsenii libri de dialectis Italiae in-

ferioris p. 229. E lingua Sabellorum nomen *Poleenis*, id esset fere Latinum *Pollenis Pollenius Pollinius*, Corssenius ‚Kuhn's Zeitschrift' vol. IX p. 149 attulit; ex Umbrorum *Trutitis* et *Koisis* Aufrechtus et Kirchhoffius Monument. lingu. Umbr. p. 392 sqq., e Faliscorum *Petrunes*, quocum confer et *Πετρωνις* C. I. Gr. n. 4765 et *Πετρώνεις* ib. 9655, b, et Latina nomina *Verres Verris Verrius*, de quibus infra amplius exponetur, Ritschelius Supplem. p. 6 ex inscriptione quadam contulit. Quae quum ita sint ejusdemque rei exempla in linguis Oscorum, Umbrorum, Sabinorum, Faliscorum exstent, Corssenium opinio fefellit, quum ‚Ausspr. et q. s.' vol. I p. 289 et p. 758 not. edit. 2. contenderet Romanos hanc consuetudinem, qua nominativos nominum in ius terminatorum in is vel i corriperent, ab Oscis et Sabellis in suum sermonem et scripturam recepisse. Cujus sententiae, ut verisimilem faciat, causam affert, quae nulla est; comparat enim cum hac consuetudine alteram vocalem productam in scriptura geminandi, ab Accio grammatico in scripturam Romanam introductam, quam ab Oscis Romanos recepisse constet. Quum vero nominativos in i exeuntes diu ante Accii aetatem inscriptiones Latinae prodant atque iidem Osci tales nominativos abjecta s littera noverint, etiam hanc scripturam, vel priusquam nominativos Oscos in is exeuntes recepissent, imitatos Latinos esse contendit. Quod mihi sic fieri potuisse non probabile videtur. Nimia enim discrepantia est inter solam scripturam grammatici alicujus auctoritate constitutam atque mox obsoletam et inter formam antiquam casus alicujus per totum linguae aevum notam probatamque, quam ut tali comparatione quidquam proficiamus. Si enim idem usus nominativos in ius exeuntes in is quoque terminandi apud Oscos, Sabellos, Umbros, Faliscos valuit, ut certe valuit, quis est, qui dubitet, quin Latina ejusdem terminationis nomina — quorum tanta multitudo exemplorum tradita est! — ipsa Latina lingua procreaverit nec sit ab alienis mutuata?

At vero — et hoc quoque Ritschelius primus perspexit —

ipsa Latina lingua alias formas promit horum nominum in is exeuntium tam similes, ut utrarumque origo una debeat esse. Sunt partim adjectiva partim pronomina partim substantiva. Ex adjectivorum numero in primis huc pertinent, quae in arius et aris terminantur, a Ritschelio decl. p. 20 enarrata. E quibus, quae in arius terminarentur, cuncta prius in usu fuisse quam quae in aris exirent, et Ritschelius l. s. s. docuit et lexica testantur, solo excepto *jocularis* et *jocularius*, quorum illud in Phormione Terentii 1, 2, 84, hoc in Andria ejusdem poetae 4, 4, 43 legitur, et fortasse *singularis*, quod apud Varronem exstat. Quorum originem Ritschelius quum decl. p. 21 talem esse censeret, ut lingua ‚ab una eademque stirpe progressa arbitratu suo denominativa progenuisset sive in arius sive in aris desinentia, notionis quidem discrimine nullo aut prope nullo', idem p. 23 ad hanc rem reversus docuit: ‚fuisse aliquando aetatem, qua in is vel es potius exirent quum substantiva tum adjectiva omnia. Hanc esse subsecutam alteram aetatem, qua progredi lingua ad ios ius terminationem coepisset, et ita quidem coepisset, ut initium ab adjectivis caperet, quae vellet a substantivis discernere. Tertiam hanc aetatem excepisse, qua ad adjectivorum exemplum etiam substantiva accommodarentur. A qua quartam licere distinguere, qua eis quae in arius exirent finitima vel procreata vel resuscitata essent aris syllabis terminata.' Sententia igitur viri doctissimi, si bene ejus verba animo informavi, haec est: initio solam terminationem aris exstitisse, e qua lingua subsecuta aetate productiorem arius procreavisset. Quod quamvis ei linguae legi, qua productae formae paullatim corripiuntur potius quam augentur, repugnare videatur, tamen non a similitudine multorum adjectivorum posterioris linguae abhorret, cui adjectiva pleniora et suffixis novis aucta magis probata esse quam simpliciora et breviora sermonis antiqui facile intellectu est. Est enim hoc cunctis denominativis, sive adjectivis sive nominibus propriis adjectivis simillimis et affinibus, commune, ut stirpi, ubi notio antiquioris non

diutius perspecta est, novum semper suffixum succrescat. Testantur hanc linguae rationem nomina propria ultimorum sermonis Latini saeculorum, inprimis ingens copia in i-anus exeuntium, quae, quantumvis ius et ilius terminationes ab (i)-anus (ili)-anus originem et notionem diversam habuerint, tamen illa aetate vicibus tantum antiquiorum ius et ilius fungi quisque concedet. Fere eodem modo osus terminatio postero tempore ac praecipue in sermone vulgari Afrorum tam frequens est, ut propriam hujus osus notionem prorsus debilitatam esse vel etiam evanuisse appareat. Afferre licet etiam terminationem icius, quam, quamvis in sermone Latino admodum raram, tamen stirpem Italae terminationis iccio multo frequentioris esse constat, cfr. Diezii ‚Grammatik der Romanischen Spr.' vol. II p. 294, Schuchardti ‚Vocalism. d. Vulgärlat.' vol. II p. 252. Sed haec persequantur, qui Romanensium, quae dicuntur, linguis student; nobis satis est ostendisse, Latinam linguam in denominativis procreandis non abhorruisse ab amplificatione brevioris terminationis per nova quaedam suffixa ac prope nulla mutatione notionis effecta. Quatenus tandem lingua progressa sit in hoc studio amplificandi, illustratur exemplis nonnullis a Schuchardto ‚Vocalism. et. q. sq.' vol. II p. 454 e sermone plebejo inscriptionum posteriorum collatis: *ocullariarius sigillariario simpulariarius speclaria(rius) specullariari specullariarior* et *specullariaris vinariarius vinariariae.* Quae quamvis ita sint, tamen huic ratiocinationi duo obstant gravissima: discrimina aetatis et ea adjectiva quae veteres in us, recentiores in is terminaverunt. Quod enim in adjectivis in arius et aris exeuntibus, quoniam in arius exeuntia solus per breve quoddam spatium temporis sermo vetustus, haec omne subsecutum linguae aevum probabat, fieri potuit, ut in aris exeuntia per breve illud temporis spatium omnino obsoleta facta tum resuscitarentur et pleniora in arius terminata iterum lingua moverentur, hoc multo minus credibile est in altero genere adjectivorum jam memorato. Quis enim sibi persuadebit formas ut *hilarus*

(v. Ter. Adelph. 4, 8, 38, Plaut. Pers. 5, 1, 8), *gracilus* (v. Lucil. ap. Non. 8, 48, Ter. Eun. 2, 3, 22), *sterilus* (v. Fest.), *imbecillus*, similes, quas nemo erit quin concedat antiquiores esse quam frequentiores in is exeuntes, ab his tantum declinatione, non notione abhorrere? — formas *gracilus* et *gracilis*, illam adjecto lo, hanc adjecto li suffixo, quorum alterum alteri et vetustate et notione par esset, natas esse? praesertim quum potius exspectaremus, si aris vel ares antiquior esset terminatio, nos formas in is exeuntes reperire usurpatas ab antiquissimis, non a novissimis. Itaque de his adjectivis, et quae in arius aris terminantur et quae vel in lus vel in lis exeunt, non possum facere quin amplectar Curtii magistri summe reverendi sententiam, quam prodidit in programmate jam laudato de adjectivis Graecis et Latinis L litterae ope formatis p. 8 sqq. Ubi postquam docuit: simplicissimam et ob eam causam principalem formam terminationum lus et lis esse lo, Sanscriticam la, — cujus suffixi ope formata sunt, quae supra attulimus, *hilarus gracilus sterilus imbecillus*, — multis ostendit exemplis saepe in Graeca, paullo rarius in Latina lingua syllabis io ad stirpem aliquam nominalem adjunctis novum effici vocabulum vi et usu a principali non admodum diversum. His syllabis io cum suffixo lo conjunctis nasci lio. Jam vero dudum constare syllabas io et in Osca lingua, ut in *Heîrennis Stenis*, et in Latina interdum quodammodo contrahi et corripi ut o illud prorsus evanesceret; ita factum esse *magis* e *magius*, *pris* in *pristinus* e *prius*. Eodem igitur modo certum esse ex vetustissimo lio fieri potuisse li, et in nominativo e lios vel lius lis. Quae si vera sunt, *gracilis* non est prorsus eadem forma atque *gracilus*, sed paullo recentior e *gracilius* quondam correpta. Sic formae et aetates, in quibus quaeque forma vigebat, optime concinunt; antiquiores antiquior, recentiores recentior semper sermo probavit. Nec repugnant huic ratiocinationi, quae Ritschelius decl. p. 23 de vocativo horum vocabulorum statuit. Quamvis enim certum hoc sit vocativum adjectivorum in

ius terminatorum semper in ie, numquam in i, substantivorum in i, non in ie exire, tamen eodem jure, quo Ritschelius conclusit, quum vocativus adjectivorum, quae terminatione ampliore a substantivis distinguere lingua voluisset, a pleniore terminatione ius duceretur, eum breviorem vocativum substantivorum testimonium esse antiquioris nominativi substantivorum alicujus olim in is terminantis, — jure eodem licebit concludere linguam, sive vocativum substantivorum a correpta nominativi forma in is exeunte in i terminabat, sive ie etiam tum in i corripiebat, quum solum in ius jam dudum exeuntem nominativum formavit, semper adjectivorum, quia a substantivis discernere vellet, vocativum ab antiquiore et ampliore quae in arius terminabat forma duxisse. Quod autem de vocativo id valet de genetivo quoque numeri singularis, quem substantiva in i, adjectiva in ii terminant. Itaque id unum constat linguam consilio quodam diversis modis genetivos et vocativos horum substantivorum et adjectivorum formavisse; explicandi autem rationes esse duas, quarum mihi propter ordinem aetatum haec videtur melior esse, qua aris et lis terminationes e prioribus arius et lius contractas explicare simus conati. Ceterum quod lingua nonnumquam ea lege, qua haec adjectiva et substantiva in vocativo et genetivo diversis terminationibus discerneret, egressa sit, nemo nimis mirabitur. Egressa vero est in exemplis duobus a Ritschelio decl. p. 23. 24. allatis, quorum alterum *filie* vocativum Livius Andronicus scripsit, Priscianus VII. p. 739 P. 301, 20 H. tradidit, alterum *manuari* vocativum Laberius teste Gellio XVI, 7, 3 posuit. Vix vero suo jure Corssenius ‚Beiträge' p. 565 *Leucesie* vocativum e carmine Saliarum haustum tamquam testimonium pristini cujusquam *Cornelie* protulit, quoniam multo verisimilius est *Leucesie* in illo carmine vetustissimo nondum substantivi sed adjectivi locum obtinere, ut fere respondeat vocativo posteriorum *Delie* et similibus.

E substantivis, quae ad similitudinem nominum pro-

priorum in is pro ius exeuntium accederent, Ritschelius decl. p. 21, 22 primum formas *di dis dispiter dijoris* attulit, quas e *dius*, tradito in *dius fidius*, vel nunc jam rectius e *dis* nominativo, *dius* formae vicario, manare censuit. Sed *di* et *dis* posse quidem esse formas e *dei* et *deis* contractas vir doctus ipse concessit; at vero si, quod mihi quoque magis placet, e nominativo *dius* has formas derivatas esse censes, facile tibi persuadebis *di* e *dii*, *dis* e *diis* contractas esse formas, quum, utrum olim *dis* nominativus quidam e *dius* sine dubio contractus exstiterit, an omnino numquam exstiterit, difficillimum dijudicatu sit. Si exstitit, *dis* eodem modo contractum est e *dius*, quo *singularis* e *singularius*, *magis* e *magius*. His vel magis dubium est *dispiter*, quum non audeam decernere, utrum e *dies-piter* an e *dis*, contracta e *dius* forma, manaverit. Restat *dijoris*, quod Gellius 5, 12 e *diei* et *jovis*, Ritschelius e *di* i. e. *dis* abjecta s finali ducit, ita ut in hac forma alterum vestigium atque id quidem certissimum prisci *dis* nominativi lateret. Qui quum optime cum nominativis nominum propriorum in is exeuntibus concineret, re vera quondam tale *dis* exstitisse verisimile est. Alterum ejusdem rei vestigium synizesis quae dicitur prodit, adhibita in substantivis in ius et ium desinentibus a poetis scaenicis quamvis solum in metris liberioribus, qua de re Ritschelius disseruit decl. p. 17 et 20, et Buechelerus decl. p. 11 sqq. Sic factum est e *filius filis*, e *filii fili*, e *filium filim*, e *filiis filis*, e *consilium consilim*. Hinc Ritschelius decl. p. 17 conclusit priscam quandam latinitatem ad masculinorum exemplum etiam neutra sic formavisse: *consilim consili(s) consili consilim*, Buechelerus autem contendit formas correptas transisse in declinationem vocabulorum, quorum stirpe i vocalis contineretur. Dissentiunt igitur viri doctissimi inter se eo, quod hic formas pleniores in ius ium exeuntes genuinas et antiquiores esse censet, quas sermo liberior poetarum scaenicorum, pronuntiatione correpta, declinatione propria moverit et in aliam traduxerit, quam tam diu servassent quam diu sermo ille

liberior valuisset, ille autem formas breves in is im desinentes principales esse, e quibus postea pleniores natae sint, et quae propriam declinationem secutae priscae hujus declinationis vestigia in formis illis reliquissent, quas quasi per synizesim effectas sermo vulgaris poetarum scaenicorum nobis tradidisset. At vero sunt, quae mihi sententiam Ritschelii labefactare videantur; si enim ejusmodi prisca horum vocabulorum declinatio exstitisset, qui factum est, ut tantum nominativus accusativus vocativus singularis formas integras servaret, genetivus dativus ablativus singularis et totus numerus pluralis semper declinationem posteriorem sequeretur? Desideramus formas *filis consilis*, *fili consili*, *filis*, *filium consilium*, *filibus consilibus*, quum, quas per synizesim effectas habemus *filis consilim*, *fili consili*, *filim consilim* omnes ita explicare possimus, ut ex usitatis natas esse haud difficile ostendamus: *filis filim consilim*, ut *magis* e *magius*, sic e *filius filium consilium* correptum, fortasse prius mutata vocali o vel u in i ad similitudinem Osci *Pupidiis* juxta *Stenis* reperti; — *fili* et *consili* contractis litteris ii in i ad similitudinem clarissimam numeri pluralis in *filiis filis*; — *fili* propter quandam vocandi casus brevitatem semper in optima latinitate a *filis* nominativo contracto formatum, quum sermo antiquissimus ne a *filie* quidem abhorreret, de quo amplius jam supra actum est, ubi de discrepantia vocativorum et genetivorum a substantivis et adjectivis formatorum locuti sumus. Habuit sermo vetustior ut in multis sic in his plus libertatis; licuit ei etiam in declinandis vocabulis, quae in ius ium terminabantur, id facere, quod sermo optimus semper in pronominum declinatione faciebat, sibi non constare in declinando. Sic aetate Plauti et Terentii ille *filis* et *filius*, *consilim* et *consilium* formis vicissim utebatur, et correptis quidem, quod res ipsa postulare videtur, tamquam vulgaribus in metris liberioribus.

At vero jam attigi, quam tertiam disputandi partem instituebam, dico pronomina, quippe e quorum declinatione similitudines formarum, de quibus haec tota disputatio est,

summas haurire possemus. Refellendum autem statim initio est, quod a Corssenio ‚Beiträge' p. 565 contra Ritschelium disputatur: ‚pronominum declinationi, quippe quae in lingua Latina multum et gravissime a substantivorum abhorreret, vim nullam vel fere nullam argumentandi in hac quaestione tribuendam esse", — nam praeter formas plerasque, quas jure pronominales appellare licet propter propriam quandam rationem declinandi, formae illarum vicariae, aetate, quoad conjicere licet, partim majores partim minores reperiuntur, quae nihil, ut ita dicam, pronominale prae se gerunt. Atque incipiendum quidem est ab *alius* vel potius a formis ejus vicariis *alis alid*, a Ritschelio decl. p. 8 sqq., 18 sqq. ad comparandum allatis, ubi vir doctus etiam veterum hujus formae vicariae testimonia perscripsit. Sunt autem hi casus traditi: nominativus *alis alid* apud Priscianum, Charisium, Diomedem, Lucilium, Catullum, Lucretium; genetivus *alis* apud Priscianum, et abjecta s finali fortasse in *alimodi* in epitoma Festi p. 28, 2 pro *alius modi*, nisi forma sit ex *alii modi* contracta, ut Plautus teste eodem Festo in epit. p. 27, 19 *aliae rei* dixit, et *alium nomen* ex inscriptione plebeja a Bucchelero p. 15 affertur: dativus *ali* apud Lucretium, et *alei* in inscriptione repertus, ad quorum similitudinem Ritschelius accusativum *alim*, ablativum *ali(d)*, pluralem numerum *alis* sive *ali, alium, alibus* sive *alis, alis* supplevit. Etiam composita *aliter alibi aliquis aliquot aliquantus aliquando* a correpta forma ducta esse i vocalis in his compositis correptio demonstrat. Quae quum ita essent, non modo Ritschelius decl. p. 8 in hoc vocabulo unum exemplum pristinae suae declinationis satis diu tenaciter servatum exstare censuit, sed etiam Corssenius ‚Beiträge' p. 298 sqq., quamvis talem declinationem pristinam omnino fuisse neget, tamen in eo cum Ritschelio consentit quod confisus testimonio Prisciani XIII. p. 959 P. censet: formas correptas *alis alid* esse principales nec demum vocalibus finalibus contractis ex *alius aliud* natas, sed potius io syllabis *ali* stirpi adjectis in *alius aliud* postea

productas. Quibus adversantur Curtius et Buechelerus, qui *alis alid* formas ut *magis* e *magius* sic e principali *alius aliud* contractas et correptas esse censent. Illorum sententia nititur verbis Prisciani: ‚*alis* antiquissimi pro *alius* protulerunt', horum similitudine quum exemplorum jam allatorum *magis* e *magius*, *minis* in *minister* e *minius*, *pris* in *pristinus* e *prius* facti, tum linguae Graecae, in qua unum ἄλλος *alius* Latino respondet, correptae autem formae nullum vestigium invenitur, qua de re cfr. Curtii ‚Grundzüge der gr. Etymol.' ed. alter. p. 321. Nec Goticum *alis* sententiam illorum sublevat, sed quoniam *alis* nominativum formam ex *aljis* contractam esse ex *aljis* genetivo apparet, sententiam potius horum veram esse censebimus, qui etiam Latinum *alis* velint e principali *alius* correptum esse atque contractum. Quis autem omnino mirabitur, quod sermo antiquus, quippe qui formas plurimas corripere soleret, etiam *alius aliud* in *alis alid* corripuerit, formasque correptas non correptis praetulerit, posterior vero aetas, cum iterum terminationes pleniores sumeret, paullatim correptas abjecerit et principales productas, quas numquam prorsus removerat — nam *alius* antiquissimi quos habemus libri exhibent — unas receperit? Sic Ritschelius ipse mirum esse confitetur decl. p. 10 nullum brevioris formae in scaenica poesi tota vestigium esse; dixit autem *aliae rei* Plautus teste Festo in epit. 27, 19. Sic licebit certe concludere ab antiquo sermone promiscue usurpatos esse *alius alis aliud alid* nominativos, *alius ali(i)* et fortasse etiam *alis* genetivos, casus reliquos eodem modo; vix autem credemus *alis alid* formas principales esse et ab omni quidem similitudine linguarum Latinae linguae cognatarum abhorrentes. Sed sive illam sententiam sequeris sive hanc, nullo modo id minuitur, cui nos quidem magnum momentum tribuimus, genuisse linguam *alis alid* formam re vera eodem modo quo *Clodis* similesque, nec posse illam ab his separari, quod Corssenius voluit, sed quae ad comparandum adhibeatur aptissimam esse, quod Ritschelius, Curtius, Buechelerus una fecerunt. Unde apparet

nomina propria illa in is pro ius terminata, quae nos quidem, ut id repetamus, plenioribus in ius desinentibus posteriora et ex eis correptione nata esse putamus, ipsam Latinam linguam procreasse neque ab Oscis petiisse. Quanam vero ratione *alis* ex *alius*, *Clodis* e *Clodius* fieri potuerit, clarissime illustratur formis *cuis huis eis* e *cujus hujus ejus* pronuntiatione correpta natis, de quibus confer Corssenii ‚Beiträge' p. 545.

Jam postquam vidimus et adjectiva et substantiva et pronomina nominum propriorum, de quibus haec disputatio est, in is exeuntium simillima Latinam linguam procreasse, et protulimus, quid de origine eorum judicaremus: is terminationem in eis contractam et correptam esse e pleniore et principali ius, restat, ut de declinatione pauca addamus. Quis enim miraretur, si ut in multis aliis sic in his vocabulis declinandis lingua Latina parum sibi constitisset, vel ut Buecheleri (‚Grundriss' e. q. s. p. 11 sq.) fere verba reddam, si ea vocabula, quae si in ius desinerent secundam, quae vulgo dicitur, declinationem sequerentur, postquam ius terminationem in is corripuerunt, secundum rationem eorum vocabulorum declinarentur, quorum stirpe i vocalis contineretur; neque in omnibus fortasse sed tantum in nonnullis quibusdam casibus? Atque de vocativo eorum in i desinente et de genetivo in i pro ii exeunte jam supra (p. 160) quid sentiremus exposuimus, quum de adjectivis in arius et aris terminatis dissereremus. Hae terminationes correptae, utrum contractione litterarum finalium natae an ex nominativis correptis secundum propriam quandam rationem declinandi formatae essent, quum utraque ratio explicandi defendi posset, non ausus sum decernere. Quum vero natura linguae Latinae utrumque permittat statuere, summum momentum ponamus necesse est in testimoniis sive a scriptoribus sive in inscriptionibus traditis. Ac primum quidem statuendum est praeter *pronominis alis* genetivum *alis*, dativum *ali* (v. p. 163) dativi, accusativi, ablativi ab aliquo *substantivo* formati, qui in i pro io, im pro ium, id pro iod

terminaretur, nullius usquam adhuc vestigium repertum esse. Quod vero in his casibus, quippe qui in inscriptionibus rariores sint, neminem offendet, id in genetivo casu in inscriptionibus vel ipso nominativo frequentiore summi est momenti. Jam vero Ritschelio diligentissime exempla horum nominum perscrutanti unum tantum exemplum occurrit — nam de altero *C. Vettii Helis* vide quae in fine supplementi decl. protulit — quod genetivi speciem prae se ferre asseverat, decl. p. 11. Est in inscriptione ollae cinerariae a Baldinio Dissert. academiae Cortonensis t. II. p. 151 sqq. edita et jam a me memoratum: *P. Clodis C. L. Pampini*, in quo, si bene verba ejus intellexi, censet nomina *Clodis* et *Pampini* genetivos esse debere. Fatendum est me parum versatum esse in doctrina epigraphica quam ut auderem legere: *P. Clodis. C. L. Pampini* scilicet filius vel tale quid, ut *Clodis* nominativus, *Pampini* genetivus esset, nam sine dubio vir hujus scientiae peritissimus eorum qui nunc sunt suas habuit causas, quae eum inducerent, ut censeret *Clodis* tantum genetivum casum posse esse. Certe fefellit opinio Corssenium ‚Beiträge' p. 563 sqq., quum judicaret utrumque nomen nominativum casum esse, ac *Pampini* quidem tamquam nomen proprium liberti Graeci scriptum pro *Παμπίνις*, abjecta ut in multis Latinis fieri soleret s finali, nominis *Παμπίνιος* vicario. Nam Graeca ejusmodi nomina omnino non ante medium saeculum primum post Christum natum reperiuntur; haec vero inscriptio certe ad initium primi ante Christum natum saeculi spectat, ut numero annorum circa centum quinquaginta a Graecis ejusmodi nominibus separetur. Quamquam igitur de hoc genetivo *Clodis* dubitare vix licebit, tamen quum nullum ejusdem casus aliud supersit exemplum, cujus s finalis manserit, non audeo tantum ei tribuere momenti, ut omnia haec nomina propria olim in genetivo eodem modo declinata esse contendam, praesertim quum sub hac terminatione is genetivi *Clodis* latere possit is terminatio genuina et principalis omnium genetivorum Latinorum, qui postea

semper in ī terminabant; quae sententia mihi videtur praestare. Genetivos vero *Modestis* et *Slaccis* in Corp. Inscr. Lat. vol. II. n. 455 aut cum Huebnero barbaros esse censebimus aut, ut multa similia in inscriptionibus tam novis, — qua de re cfr. Corssenii ‚Beiträge' p. 564 — ignorantia vel errore insculpentis irrepsisse suspicabimur. Priusquam igitur ut praeter unum illud *Clodis* certa alia genetivi in īs exeuntis exempla eruerentur contigerit, mihi videtur judicium suspendendum esse, quum id unum quidem constet non posse adhuc dijudicari, utrum quondam linguae Latinae in his nominibus propriis in īs pro ius terminatis licuerit genetivum et vocativum ac fortasse reliquos quoque casus singulari quodam modo e correpta et contracta nominativi forma ad similitudinem vocabulorum i vocalem in stirpe exhibentium fingere necne.

Jam restat tantum, ut pauca addam de eis nominibus propriis, quae in ēs pro ius terminare videntur. Sunt *Barnaes Verres Menates*, quorum *Barnaes* in olla cineraria scriptum et e Lupii et Garruccii schedis a Ritschelio decl. p. 8 perscriptum, *Verres* nomen notissimum ac gentilicium quidem, de quo vide Ritschelium in suppl. p. 3, *Menates* a Garruccio in Bullettino Romano anni 1860 p. 97 ex inscriptione: *P. Menates. P. F. Tr. Pl.* XXX publicatum, a Ritschelio decl. p. 16 et supplem. p. 7 sqq. explicatum, a Corssenio ‚Beiträge' p. 566 in dubitationem vocatum est. Atque *Γάεις* C. I. Gr. n. 3976, *Νόννεις* ib. n. 2322, b, 84, *Πετρώνεις* ib. n. 9655, b, quibuscum concinunt Graeca nomina *Στρούθειν* in Letronnii Rec. II. p. 99 et *Ἀθήναεις* C. I. Gr. n. 623, quorum infra mentionem faciemus, ad Latina explicanda cum Ritschelio ideirco non afferemus, quod in his omnibus *ει* diphthongum simplicis ī vocalis tantum in scriptura locum obtinere verisimile est. At vero certe huc pertinet Oscum *Maís*, cujus *í* respondet ē Latinae vocali, et, quod Ritschelius attulit, *ille* pronomen abjecta s finali pro *illus* positum. Ut enim quondam Latinis praeter *aedilis* dicebatur *aediles*, qua de re

vide Buecheleri ‚Grundriss' e. q. s. p. 11 sqq., et Oscis non minus *Maís* quam *Niumsis*, sic etiam *Verres* et *Verris*, illud notissimum Siciliae spoliatoris nomen, hoc in inscriptione saeculi septimi a Ritscheliò supplem. p. 4 reddita et in I. R. N. n. 849 scriptum, et *Verrius*, cujus nominis testimonium relictum est in *lege Verria*, a Cicerone accus. Verr. III, 49, 117 memorata, et quod redit in epistolis Ciceronis ad fam. 9, 20, 2. 26, 1. 12, 14, 5 et Graecis litteris *Οὐέρριος* scriptum in C. I. Gr. n. 5838; tum *Barnaes* aeque ac *Barnaeus*, de quo vide Ritschelium in supplem. p. 7, praesto sunt, et ita quidem, ut formae in ēs terminatae aetate majores vicariae in īs ius aeus exeuntium sint.

Quae quamvis ita sint, tamen non ausim inde concludere ēs terminationem olim non modo positam esse in omnibus eis semper nominibus, quae postea in īs exirent, sed etiam principalem et genuinam terminationem esse omnium vocabulorum, quae deinde in ius desinerent, sed id tantum, ut Oscae in *Maís* juxta *Niumsis* usurpato, sic Latinae linguae quondam licuisse pleniorem aliquando terminationem horum vocabulorum non solum in īs sed etiam in ēs contrahere, quum jam sola ī vocalis quondam producta ius terminationis testetur ipsam hanc ius terminationem ex aliqua pleniore correptam esse. Quum vero hanc pleniorem et antiquissimam fuisse ēja Sanscriticam terminationem et āija Oscam ejus vicariam Corssenius ‚Kuhns Zeitschrift' vol. V. p. 88 ostenderit, id mihi certe videtur constare repetendam esse ēs in tribus illis vocabulis ab antiquiore hac ac pleniore, īs terminationem in reliquis de quibus disputavi nominibus propriis ab ius, ius terminatione, quae ipsa ex illa antiquissima ducta in īs postremo correpta sit.

II.

Graecis nominibus propriis aut masculini in ις pro ιος aut neutri generis in ιν pro ιον exeuntibus inscriptiones e sacculo medio primo post Christum natum usque ad tempora quae dicuntur Byzantina abundant, sed pauca etiam auctores quidam actatis Byzantinae exhibent. De quorum origine quum multum disputatum sit inter viros doctos, certe operae pretium erit singulorum singulas de his nominibus sententias breviter repetere. Ac tetigit quidem hanc quaestionem quum multis aliis locis *corporis inscriptionum Graecarum* tum vol. I. p. 367. 373. 475. 499. 535. 799. *Boeckhius* ita, ut scripturam exemplis ex aliis inscriptionibus repetitis confirmaret et nonnumquam, ut vol. I. p. 799 ad n. 1656, b, has formas barbaras esse significaret. Ejusdem sententiae videtur fuisse *Franckius* in *Richteri Inscr.* p. 195 secundum Ritschelium decl. p. 3, cujus quum libellum non potuissem ipse inspicere, sententiam e Ritschelii decl. p. 4 et *Welckeri adnot.* in *Mus. Rhen. nov.* t. IV. p. 186 comperiebam fuisse has formas tamquam ‚barbaras hellenisticas Byzantinas' ex regionibus orientis in sermonem Graecum irrepsisse. Eidem barbariae hellenisticae vel Byzantinae graecitati haec nomina tribuerunt *Welckerus Syll. epigr. Gr.* p. 18, *Osannus Syll. epigr. Gr.* p. 437. 456. 488, *Franzius* in *Elementis epigr. Gr.* p. 248, qui cum *Carolo Keilio* in *Specim. onomatol. Gr.* p. 79 sqq. nonnulla congesserunt; et tribuerunt quidem ob eam causam, quod recentiores et hodierni Graeci hanc consuetudinem ιος in ις vel ις vicariam ης, ιον in ιν syllabam, et utriusque syllabae littera finali abjecta in ι vocalem contrahendi non servarent tantum, sed etiam in cunctis fere ejusmodi vocabulis nec solum in nominibus propriis secuti essent, qua de re vide *Mullachium* in *Gramm. linguae Gr. vulg.* p. 143. 157 sqq. 173 sqq., *Coraem* ad *Heraclid. Pont.* p. 209. adnot. 353, *Rossium* in Inscr. Gr. ined. t. II. p. 59 n. 173, ‚Insel-

reisen' t. III. p. 163 adnot., *Mus. Rhen. nov.* t. IV, 185 sqq. E quibus Franzius, quocum consentire videtur Keilius, quippe qui formas, quarum breviloquentiae causa nunc alteram partem — ut *Νῖκις* pro *Νικίας*, *Λῦσις* pro *Λυσίας* — Doricas, alteram — ut *Δημήτρις* pro *Δημήτριος* — hellenisticas appellare liceat, promiscue enarret, Welckerus l. s s., Rossius in Mus. Rhen. l. s. s. suspicati sunt hanc consuetudinem e dialecto Dorica, cujus infra mentio iterum fiet, in linguam vulgarem paullatim invasisse, Coraes quum aliis locis tum l. s. s., Rossius secundum Welckeri adnot. in Mus. Rhen. l. s. s. ex Homerico nomine *Χρόμις*, *Χρόμιος* sive *Χρομίος* concluserunt prima talium formarum vestigia jam ad antiquissimam Homeri aetatem referenda esse. Contra quos *Lobeckius Pathol. serm. Gr. Prolegg.* p. 500 sqq. antestatus est primum magnum interesse discrimen inter formas *Νῖκις Λῦσις*, quas Doricas illi appellarent, et titulos inscriptionum aetate tam recentium, qui ‚manifestam prae se gererent plebeji sermonis corruptelam' jam eo, quod accentus eorum in ea syllaba maneret in qua fuisset in voce incorrupta, quod ‚certissimum imminutionis signum' praeberet; deinde formas quas appellarent Doricas non esse solum Doricas sed etiam communes reliquis Graecorum dialectis, quod comprobarent Atheniensium nomina similiter figurata; denique non opus esse omnino in toto genere nominum quae falso Dorica appellarentur de imminutione syllabae finalis nos cogitare, quum ex una eademque stirpe *Ἀλεξ* linguae Graecae, qua esset hac in re fertilitate, licuisset gignere nomina *Ἄλεξος Ἄλεξις Ἀλεξίας Ἀλέξιος Ἀλέξων Ἀλεξίων Ἀλεξῖνος*. Novam denique viam explicandi aperuit *Letronnius* ‚Rec. des inscr. de l'Egypte' eo quod, quamquam vol. II. p. 99 sqq. Coraem sequebatur, I. p. 111 hanc consuetudinem posterorum Graecorum ad vim consuetudinis Romanae (‚par suite de l' influence Romaine'), quam priore parte tractabamus, referebat. Hunc secutus est, qui novissimus de his nominibus disputavit, *Ritschelius* in program-

mate jam saepe memorato quod composuit de decl. quad. Lat. recond., in quo conatus est ostendere declinationem illam reconditiorem vocabulorum Latinorum quondam in is postea in ius desinentium ‚a Romanis transisse ad Graecos atque ibi etiam constantius perstitisse quam inter ipsos Romanos posteriorum saeculorum', v. decl. p. 16.

Jam vero priusquam ipsi horum nominum originem investigemus, juvabit sine dubio exempla, quae ex inscriptionibus Welckerus, Franzius, Osannus, Keilius, Letronnius contulerant, Ritschelius nuper auxit et decl. p. 3 sqq. enarravit, in medium proferre, atque addere, quae *Corpus Inscr. Gr.* a me occasione data perlustratum et *tertia editio lexici Papii nominum propriorum Graecorum* a patre meo retractata, a me ad finem perducta, mihi suppeditaverunt adhuc non collata.

Exempla jam a Ritschelio l. s. s. enarrata sunt:

primum nominativorum vulgo in *ιος* desinentium haec: *Αμμῶνις* C. I. Gr. n. 4713, c a. p. Chr. 109 in inscr. Aegyptia Latinis et Graecis litteris inscripta; *Ἀνατόλις* e Cardinalis Inscr. Velitern. p. 214 a Ritschelio perscriptum; *Γ[άϊος Ἀ]νπέλις* C. I. Gr. n. 5304 in inscr. Cyrenensi, et *Ἀνπέλις* ib. 6440 in inscr. Romana; *Ἀπατοῦρις* ib. 4419 in inscr. Ciliciensi, idem nomen quod ib. 4420 *Ἀπατούριος* in nominativo, ib. 4411. 4413 *Ἀπατουρίου* in genetivo audit; *Ἀπολλῶνις* ib. 2646 in inscr. Cypria, *Ἀπόψις* ib. vol. IV. p. 309; *Ἀσκλῆπις* ib. n. 9288 in inscr. Christiana Meli insulae; *Ἀφροδῖσις* ib. 9589 in inscr. Christiana urbis Romae; *Γοργόνις* ib. 9670 in inscr. Christ. u. Rom., *Δημῆτρις* ib. 284, l. 40 et 196, b, Add. in duabus inscr. Atheniensibus, et ib. 9619. 9719 in duabus inscr. Christ. u. Rom., *Διονῦσις* ap. Franzium, Keilium, Ritschelium l. s. s., *Αὐρήλιος Εἰμέρις* i. e. *Ἡμέριος* ib. C. I. Gr. n. 9704 in inscr. Christ. u. Rom., *Ἐρῶτις* ib. 2524; *Εὐσέβις* ib. 9612 in inscr. Romana; *Θεοδόσις* ib. 9607 in inscr. Romana; *Λιβᾶνις* ib. 8550. 8551 in pondere aereo insculptum, *Μειρίνις*

ib. 9550 in inscr. Christ. prope Tusculum effossa; [Π]ελάγις ib. 9654 in inscr. Christ. urbis Romae; Ταράσις ib. 9259 in inscr. Galatica; Χαλκηδόνις ib. 9597 in inscr. Romana; — nec re diversorum quamvis specie paullo magis singularium: Ἀθήναις C. I. Gr. n. 265, 13. 267, 14 sub Claudio imperatore; 272, b, 10 a. p. Chr. 139; 282, 16 sub Caracalla imperatore, — cuncta in inscriptionibus Atheniensibus catalogos epheborum agonistarum gymnastarum continentibus et nominum Graecorum Latinorumque promiscue mistorum plenis, ad quod genus pertinet sequens quoque Εἰρήναις ib. 269 in inscr. Atheniensi sub imperatore Trajano vel Hadriano; Ἑστίαις ib. 573 in inscr. Atheniensi; Ἀρίσταις e nummis Cois commemoratum a Letronnio et Mionneto III, 402. S. VI, 566; tum accusativorum ad idem genus pertinentium: Ἀχέσιν h. e. Ἀχέσιον C. I Gr. n. 511, cfr. Add. 511, nomen Telesphori apud incolas Epidauri oppidi Peloponnesii in inscr. vix ante saeculum p. Chr. tertium scripta et Athenis effossa; Ἀφροδεῖσιν ib. 1781 in inscr. Thessala; Ἑλλάδιν ib. 942 in inscr. Attica; Δυνάμιν in Osanni Syllog. p. 437, a Ritschelio non perscriptum; Σιβύρτιν C. I. Gr. n. 1001 in inscr. Attica; — porro vocativorum: Ἀπόλλωνι et Σύμφορι C. I. Gr. n. 3096 in inscr. Lycia, cfr. Boeckhii ad hunc titulum notam; —

tum neutri generis nominum, sive sunt mulierum ut Ἐλευθέριν C. I. Gr. n. 704 in inscr. Atheniensi; Καλλίστιν ib. 1898 in inscr. Corcyraea; Φιλημάτιν ib. 506 in inscr. Atheniensi; Ζωσάριν ib. 2410 in inscr. Paria; Ἀρτέμιν ib. 2729 in inscr. Carica; — sive urbium ut Εἰκόνιν Κίτιν ib. 4472 in inscr. Syria, de cujus aetate cfr. Mus. Rhen. nov. t. IV. p. 186; — sive fundorum ut Ἀποψίδιν Τοπάριν Φοινίκιν Χρυσελάδιν C. I. Gr. n. 8656, B, 10 in inscr. Theraea; —

deinde nominis virilis unum in ις pro ιος terminatum Στρούθειν, a Letronnio Réc. II. p. 99 sqq. disceptatum, quocum conferas licet Ἀθήναεις C. I. Gr. n. 623 in

inscr. Atheniensi et quorum jam mentionem fecimus (p. 167) Romana *Νόννεις Γάεις Πετρώνεις*; —

postremo appellativorum ut *μαρτύριν σιάδιν πάδιν* sive *πέδιν* i. e. *παιδίον* cfr. Boeckh. ad C. I. Gr. vol. II. n. 2980, Osann. Syllog. p. 437. 456. 488.

His ego addidi e C. I. Gr. haec exempla: primum nominativorum vulgo in *ιος* desinentium: *Ἀπολλῶνις* n. 4380, l in inscr. Pisidica; *Γεόργις* ib. 8644 in inscr. Asiae minoris; *Δραχόντις* ib. 4637 in inscr. Syria; *Εὐάνθις* ib. 8873 in inscr. Christiana Syria; *Εὐγάμις* ib. 9568 in inscr. Christ. urbis Romae; *Εὐγένις* ib. 6457 in inscr. Romana; *Εὐτρόπις* ib. 9882 in inscr. Christ. Aquilejensi; *Εὐτύχις* ib. 9721 in inscr. Christ. u. Rom., *Εὐψύχις* ib. 6397 in inscr. Romana; *Ἡσύχις* ib. 9795 in inscr. Christ. u. Rom.; *Καλλιόπις* ib. 4799, c, Add. in inscr. Aegyptia, *Καραχοάττις* ib. 6243 in inscr. Romana, cfr. Welckeri Syll. p. 18; *Κισάμις* i. e. incola Cisami navalis Apterorum in insula Creta n. 6377, ad qu. v. notam Boeckhii; *Κῦρις* i. e. *Κύριος* n. 5031 in inscr. Nubiensi sub imperatore Septimio sive Alexandro Severo facta; *Λαυδίκις* n. 8863 in inscr. Romana; *Μονειλλάρις* et *Μονειλάρις* ib. 4404 in inscr. Ciliciensi, fortasse Romanum aliquod *Monilarius*; *Ἄλφιος Ὀλύμπις* ib. 6491 in inscr. Romana; *Ὀλύμπις* ib. 3757 in inscr. Bithynica; *Οὐράνις* ib. 9868 in inscr. Christiana oppidi Pisauri; *[Π]αρθένις* ib. 3664, 41 et *[Π]αρμένις* ib. 3663, A, 10 in inscriptionibus Cyzicenis; *Πορφύρις* ib. 9581 in inscr. Christiana; *Σπουδάσις Παλατῖνος* ib. 4815 in inscr. Aegyptia *T. Λ[οὔ]πος [Σω]τῆρις* ib. 6999 in inscr. Florentina; *Τελεσφόρις* ib. 9583 in inscr. Christ. u. Rom. Quibuscum statim conjungo quum *Ἀποδήμης* i. e. *Ἀποδήμιος* ib. 9572 in inscr. Christ. u. Rom., ubi *ης* locum tenet *ις* syllabae, ut in *Βασίλης* in inscriptione quadam Rhodia a Rossio in Mus. Rhen. l. s. s., et in *Σειμάχης* ab eodem in Inscr. Gr. ined. t. II. p. 59 disceptato, quibuscum contulit hodierna nomina *Δημήτρης Παυλάχης Ἀθανά-*

σης; tum Λεόντεις i. e. Λεόντις Λεόντιος C. I. Gr. n. 9655, a in inscr. Christ. u. Rom., figuratum ut Γάεις Νόννεις Πετρώνεις Στρούθειν, quorum jam bis (p. 167. 173) mentionem feci; deinde tertium Μηκάλι Σουλπίκιος Ἀκίνητος ib. 5586 in inscr. Sicula, abjecta more hodiernorum Graecorum littera finali Μηκάλι nominativi; cum nomine autem Μηκάλι confer nomina Μίκαλος, Μικαλίων in lexico patris, quibus Μηκάλι fortasse affine est. Etiam Ἀπολλῶνι C. I. Gr. n. 284, 31 positum in longa nominativorum serie huc pertinere puto.

His nominativis respondent accusativi: Ἀκάκιν C. I. Gr. n. 7326 in gemma incisum, quod propter antecedentem titulum 7325 non muliebre nomen esse arbitror; Μακάριν ib. 6274 in inscr. Romana; Ὀλύμπιν ib. 5638 in inscr. Tauromenitana, quod vero propter sequentem genetivum Ὀλύμπιος cum Boeckhio malim Ὄλυμπιν scribere, ut ad nomina quae breviloquentiae causa jam semel Dorica appellavimus pertineat; — quo accedunt vocativi: Ἀκάκι ib. 7325 in gemma incisum; Γερόντι ib. 9804 in inscr. Christ. u. Rom.; Εὐάγρι ib. 7329, c in gemma incisum; Εὐγένι ib. 7329, d in gemma incisum; Εὐσιάτι i. e. Εὐστάτιε ib. 9601 in inscr. Christ. u. Rom.; Κῦρι ib. 7336 in gemma incisum; Μακάρι ib. 7338. 9106 in gemma incisum.

In altero loco posui neutri generis nomina mulierum haec: Ἐρῶτιν ib. 6482 in inscr. Romana; Ἰμμάθιν ib. 4009, b et Βάθθιν ib. 4396 in inscriptionibus Asiae minoris, nisi omnino sunt barbara; Κλαυδία Μᾶτριν ib. 6608 in inscr. Romana; Πολυχρόνιν ib. 6458 in inscr. Romana, et ib. 9630 in inscr. Christ. ibidem effossa; Ταπάριν ib. 3954 in inscr. Phrygia; Τυχάριν ib. 9613 in inscr. Christ. u. Rom., [Ψιλη]μάτιν ib. 4397 in inscr. Isaurica; Χαρίτιν ib. 3394.

Augere licuit haec quinquaginta fere exempla numero haud parvo eorum, quae e titulis nummorum a *Mionneto* editorum in libellum patris transierant, et nonnullis quibus-

dam, quae e schedis collectionibusque suis *Kumanudas* Atheniensis vir diligentissimus patri miserat. Ad haec accesserunt pauca quaedam, quae et pater et ego vel e libris Suidae, Procopii, Etymologici magni nonnullorum aliorum aetatis Byzantinae scriptorum conquirebamus vel ex aliis fontibus ille hauserat, quorum quum majorem partem, ut omnes Mionneti titulos, non potuerim ipse apud scriptores inspicere, sufficere debebit in citando auctoritas libelli patris.

Pertinent huc: *Ἀχέσις* ap. Mionn. III, 419 in nummo Rhodio; *Ἄλλις* i. e. *Ἄλλιος*, de quo inspice lexicon patris, ib. III, 90 in nummo Ephesiorum: *Χαρμένις* vel melius *Παρμένις* e conjectura Keilii ib. III, 404 in nummo Coo; *Φίλις* ib. S. I, 291. S. IV, 360. S. II, 210 in nummis Tarentinis, Chalcidicis, Abderitanis; *Ἀνθῶνις*, quod potest esse *Ἀνθώνιος*, ut fortasse cum *ἄνθος* vocabulo quodammodo cohaereat, aut idem atque *Ἀντῶνις Ἀντώνιος* Romanum, cum sequentibus quattuor: *Ἀριστόβις*, quocum conferre licebit *Ἀριστόβιος* ap. Mionn. III, 417; *Ἀρτέμεισις* sive *Ἀρτεμεῖσις* in inscr. quadam, *Ζεφύρις* in inscr. Attica; *Θεοδαῖσις*, quocum confer *Θεοδαίσιος* in lexico Hesychii, in inscr. Attica, — cuncta a Kumanuda patri suppeditata; *Ὀλύμπις* nomen sculptoris in titulo alicujus nummi incisum, et *Παιάνις* in Theod. Prodr. t. V. Spic. Rom. 396, de quibus inspice lexicon patris; *Θεμίστις* (*Θέμιστις* in editione Bekkeri) i. e. *Θεμίστιος* in glossemate Suidae pone *Θεμίστιος* positum; *Λασκάρις* in Ephr. mon. multis locis, de quo, ut de affinibus *Λασκάρης Λασκάριος*, vide lexicon patris; *Λαέρτις* in Etym. m. 554, 46: *ὥσπερ δὲ λέγεται Βούσιρις οὕτω καὶ Λαέρτις Λαέρτιος*; *Μαραθῶνις* (*Μαράθωνις* exhibet editio Tauchnitziana), nomen proprium virile in epigrammate Anthologiae Palatinae incerti auctoris (VII, 340); —

porro quae in *αις* pro *αιος* terminantur: *Ἄνταις* ap. Mionn. S. VI, 591 in nummo Rhodio; *Ἴταις*, cfr. *Ἰταῖος*

in lex. patris, ib. I, 279 in nummo Lilybaei oppidi; *Κήπαις* ib. III, 187; *Σίμαις*, quocum cfr. *Σιμαῖος* C. I. Gr. n. 7475, ap. Mionn. S. III, 316; *Κότταις* e Thphn. chrngr. in lex. patris, ad quae accedit unum nomen in *εις* pro *ις* aut *ειος* desinens *Ἤλεις* ex inscr. Marathonica a Kumanuda missum, quocum confer *Ἠλεῖος* et *Ἦλις* nomen masculini generis in lex. patris et *Κράτεις* in Keilii Inscr. Boeot. LXI, II, 1, et *Εὐάρεις* ib. p. 57 simili quodam modo figurata; —

tum alterum in *ης* pro *ις* desinens *Κουρτίκης* Basilii imperatoris cognomen, quocum confer Romanum ut videtur nomen *Κουρτίκιος* in lex. patris; — denique neutri generis nomina, sive mulierum ut *Σωσάριν* ex inscr. Paria a Kumanuda missum, fortasse idem atque *Σωσάριν* C. I. Gr. n. 2410; *Ἐρῶτιν* ex inscr. Andria, *Νικάσιν* juxta *Νικάσιον* positum ex inscr. Tithoraeensi ab eodem patri suppeditatum; — sive sunt castellorum vel oppidorum ut *Ἰλλύριν* in Aedif. Procopii ed. Bonn. 4, 1, *Κιόνιν*, ib. 4, 4, *Δυρράχιν* vel *Δυρράχιν* ib. 4, 4. Quae vero cuncta superat insolentia *Κῦρι* vocativus nominis ejusdem pueri, qui bis a Stratone in Anth. XII, 206. 213 sic, semel ib. 215 terminatione ampliore *Κύριε* formatur.

Non sine consilio uni cuique nomini ubi licuit semper apposui indicium loci, ubi inscriptio effossa est. Unde si id solum intellexerimus eas inscriptiones per omnes regiones, in quibus Graece loquebantur, ita sparsas fuisse, ut ea quaestione loci omnino nihil proficeremus, etiam id in lucro ponemus. Facilius enim refutabimus quae Richterus l. s. s. protulit: e linguis gentium quae ad orientem spectarent sive Asiaticorum sive Aegyptiorum haec nomina ad Graecos transisse. Si enim tales inscriptiones in sola Asia Aegyptove effoderentur, non dubitarem viro docto assentiri. Nemo enim negabit, ubi inscriptiones Graecas Asiae in tertio vol. corp. inscr. Gr. perlustravit repperitque nomina barbara fere innumerabilia in *ις ιν αις εις* exeuntia, ut *Νεναρίν* ib. 4405, *Νίνεις* accusativumque ejus *Νίνειν*

ib. 4413, cfr. adnot. Boeckhii ad hunc titulum, alia multa atque ea omnia illis Graecis simillime figurata, potuisse fieri, ut, si Graeca nomina ejus generis in sola Asia exstarent, secundum eorum similitudinem Graeci quoque earum regionum sua ut barbarorum aequarent nomina mutilarent, praesertim quum omnia haec nomina Graeca in plebejis tantum inscriptionibus essent. Nec minor similitudo est longe plurimorum nominum Aegyptiorum, quippe qui ut Graeci vel eandem duplicem ις ιος terminationem uni eidemque stirpi affinxerint. Sic Παχούμιος et Πάχουμις, Μείνιος et Μεῖνις, Πετίσιος, cui respondet nomen muliebre Πετισία, atque Πέτισις legitur, quae nube exemplorum augebis, si nomina Aegyptia in lexicon patris recepta perlustraveris.

At vero quae contra originem Asiaticam Aegyptiamve est, eadem ratio postulat, ut Latinam refellamus, nec tantum, quod ea nomina etiam in inscriptionibus legantur, in quibus nullum Romanum nomen insit, nec quod non solum ex inscriptionibus Romae effossis colligantur — quas frequentia reliquas superare nemo mirabitur, qui computaverit fere omnes Christianas adhuc Romae tantum effossas esse — sed per Graeciam, insulas, Asiam, Africam sparsae sint, sed praecipue ob eam causam, quod inter ipsos Romanos posteriorum saeculorum rarissima fuisse Latina nomina similiter figurata vidimus, nam vel ex Latinis, quae supra enarravimus, quamvis perpaucis, *Helis Eugenis Ampelis Apeleis* similia, etsi Latinis litteris scripta sunt, tamen Graeci suo jure possunt sibi arrogare. Etiam eo quod duo tituli bilingues C. I. Gr. 6666. 3309 Graecis formis brevioribus plenas Latinas sociant ut Αὐρῆλις et *Aurelius*, Λιτόρις et *Litorius*, cfr. Ritschel. decl. p. 7, videtur mihi quidem significari, consuetudinem illam Romanam ius terminationem in is corripiendi, quondam tam validam, jam imminutam esse eo tempore quo Graeca lingua praeferre non correptae correptam terminationem inciperet.

Sed omnino non opus est confugere ad linguas alienas.

quibus originem horum nominum explicemus, quorum similium totum genus ipsa Graeca lingua exhibet. Est genus eorum nominum propriorum quae pro *ιας* longiore *ις* breviorem terminationem habent, quae falso Dorica ab *Ahrensio* II, 233 appellari jam obiter supra tetigimus. Vere Dorica exempla collegi e lexico patris haec: *Ἄγις* sive *Ἴγις*, *Ἄνανις*, *Ἄναπις*, *Βοῦλις* sive *Βῶλις*, *Δᾶμις* sive *Δῆμις*, *Δεῖνις*, *Κάλλις*, *Κλεῖνις*, *Κνῶπις*, *Λάπις* i. e. *Λάμπις*, *Λῦσις*, *Νῖκις*, *Ξεῖνις* sive *Ξένις*, *Πῆλις*, *Πῦθις*, *Σῶσις*, *Φίντις*, *Φίλλις*, quibus plus minusve respondent nomina in *ης εος εας ιας ιος* desinentia et ipsius Doricae et reliquarum dialectorum: *Ἀγίας Ἠγέας Ἠγίας*, *Ἀνανίας Ἀνάνιος*, *Ἀναπίας*, *Βούλης Βουλίας*, *Δαμέας Δαμίας Δάμιος*, *Δεινίας Δείνιος*, *Καλλέας Καλλίας*, *Κλεινίας*, *Κνωπίας*, *Λάμπης Λαμπίας*, *Λυσέας Λυσίας Λύσιος*, *Νικέας Νικίας*, *Ξενέας Ξενίας Ξένιος*, *Πηλίας*, *Πυθέας* (Ion. *Πυθέης*) *Πύθεος Πύθης Πυθίας Πύθιος*, *Σωσίας*, *Φιντίας*, *Φιλλέας Φιλλίας Φίλλιος Φίλλης*. Ad quae accedunt eadem lege formata, quamquam casu quodam nominibus vicariis longioribus adhuc caremus: *Ἄναξις Δόρκις Δοῦρις Θεῦνις Κνίδις Νῶμις Οἶκις Πρᾶτις Προῦμνις Τρῦπις Φοῖβις* similia. Sed etiam propius ad similitudinem nominum propriorum in *ις* pro vulgari *ιος* exeuntium accedunt nonnulla Doriensium, quorum breviori *ις* et reliquorum Graecorum et ipsorum Doriensium longior *ιος*, non *ιας* terminatio respondet. Sic praeter *Κίκις Κόννις Ἄδωνις Κλέοβις Πίονις Γῦλις* seu *Γύλλις Πόντις* reperiuntur *Κίκιος Κόννιος Ἀδώνιος* (v. B. A. 346) *Κλεόβιος Πιόνιος Γύλιος Πόντιος*. Quod vero jam Lobeckius l. s. s. ostenderat, his formis brevioribus nequaquam solos Dorienses usos esse, sed etiam quamvis rarius reliquos Graecos, id quoque illustretur exemplis nonnullis, quae ex eodem lexico patris contuli. Sic pro vulgari *Ἀγησίας* dicebant Boeotii *Ἄγησις*, pro *Καλλίας* iidem, Erythraei, Attici

etiam *Κάλλις*, pro *Κλητίας* Elei *Κλῆις*, pro *Γνωσίας* Chii *Γνῶσις*, pro *Κτησίας* Attici etiam *Κτῆσις*, pro *Κύριος* Cyprii *Κύρις*, de quo confer Mus. Rhen. nov. t. IV, 186 adnot.; sic leguntur in inscriptionibus Atticis *Σῶτις* (C. I. Gr. 1, 224: — — — *Καρκίδαμος Σώτιος ἐδίδασκεν*; tempus est Ol. 115, 1), *Ξεῖνις* (cfr. Lob. Prolegg. p. 502), *Κύβερνις* (cfr. eundem l. s.), *Λίερξις*, similia; sic exstant *Λύκις* et *Λύκης Λυκέας Λυκίας Λύκιος*, *Μάρδαρις* et *Μαρδάριος*, *Μόρμις* et *Μορμίας*, *Μόσχις* et *Μόσχιος*, *Πόλις* et *Πόλιος*, *Κύδις* et *Κύδιος Κυδίας*, *Ὕβρις* nomen virile et *Ὑβρέας*; sic *Σφόδρις* ap. Ap. Rh. 1, 1041 sine dubio idem est nomen atque vulgarius et frequentius *Σφοδρίας*. Huc pertinent multa quae Keilius l. s. s. et Lobeckius l. s. s. congesserunt exempla: *Ῥόμις Ῥόμιος* Homerica illa nomina, *Ἄμφις* pro *Ἄμφιος* sive *Ἀμφίας*, *Ἄριστις Ἀριστίας*, *Βάκχις* pro *Βάκχιος*, *Ἵππις* pro *Ἱππίας*, *Νύμφις Νύμφιος*, *Πόλυμνις*, quocum cfr. *Πολύμνιος* ap. Qu. Sm. 2, 292 et *Πολιμνίας* C. I. Gr. 1771, *Σίνις Σίνιος Σίννιος*, *Τέλλις* pro *Τελλίας*, *Τῖσις* pro *Τισίας* positum, *Στράτις Στράττις Στράττιος*, *Κρόνος Κρόνις* cfr. Et. M. 729, 38. Quid, quod ostendit Lobeckius Prolegg. p. 502, licuisse Graecis interdum unum eundemque hominem diversis ejusdem stirpis nominibus propriis appellare, comprobatur hoc *Λάμασις* et *Λαμασίας* unius archontis Attici, *Σκυλλίας Σκύλλις Σκύλλος* unius urinatoris, *Λύκις Λύκος*; *Φόρμις Φόρμος* unius poetae, *Λῶτις Λῶτος*, de qu. vid. St. B. v. *Λώτιον*, unius herois, *Ἀρχιδαμία* (Plut. Pyrrh. 27) et *Ἀρχίδαμις* (Polyaen. 8, 49) unius mulierculae nominibus.

Quamvis autem libenter Lobeckio concedam haec nomina nec Dorica appellari nec reapse confundi debere, ut exempli gratia a Keilio l. s. s. permista sunt, cum eis, quae vulgo quidem in *ιος*, sed in ultimorum saeculorum inscriptionibus saepe etiam in *ις* terminentur, tamen non possum

viro doctissimo assentiri in eo quod hinc conclusit omnes illas formas ab una stirpe diversis tantum affixis terminationibus linguam genuisse, ita ut exempli gratia *Δῆμις* non contractum esset ex *Δημίας* vel *Δήμιος*, sed sola terminatione haec ab illo differrent. Quae ut comprobet nititur maxime nonnullis locis Etymologici magni, ut 729, 38: *Στράττις: ὥσπερ παρὰ τὸ Βάκχος γίνεται Βάκχις, Κρόνος Κρόνις, δῆμος Δῆμις καὶ Δᾶμις, οὕτω στρατός Στράτις καὶ πλεονασμῷ τοῦ τ Στράττις*; — 478, 50: *τὸ Θοῦρις ἀπὸ τοῦ Θοῦρος γίνεται*; — 243, 7: *Γύνις· — παρὰ τὸ γυνή παρωνύμως γύνις, ὡς δάφνη Δάφνις καὶ νύμφη Νύμφις*; — 247, 33: *παρὰ τὸ δῆμος γίνεται Δῆμις καὶ Δᾶμις Δωρικῶς, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ δουρὸς γίνεται Δοῦρις*. Alia ipse ducit a verbis ut *Ἱπρέπις Χαῖρις Τέλλις Σκέλλις* et a *σίνομαι σίνις*, de quibus solis, ut hoc statim praemittatur, cum eo consentio, quum in his sine dubio ut in *ις* vocabulum, cujus stirps verbum esset, terminaretur, facile fieri potuerit. De reliquis autem ab eo dissentio. De uno *Ἄλεξ*, quippe quae esset stirps verbi, et *Ἄλεξος* et *Ἄλεξις Ἀλεξίας Ἀλέξιος* formari poterant, terminatione sive *ο* sive *ι* sive *ια* sive *ιο* stirpi verbi adjuncta, et *Βάκχις* poterat a stirpe quadam verbali *βακχ* deduci quamquam mihi *Βάκχις* videtur contractione e *Βάκχιος* idque *Βάκχιος* suffixo *ιο* addito e *Βάκχος* natum esse, — verum *Δῆμις* quomodo fieri potuerit nemo explicabit, nisi ex stirpe nominali *primum Δημο* ita ut *ιο* suffixo addito inde *Δημιο-ς* factum et hoc in *Δῆμις* contractum sit. Nomina enim in *ι-ς* exeuntia quae ex stirpibus nominalibus proveniant, nulla sunt.

Quae igitur in parte priore de *sterilus sterilis*, *gracilus gracilis*, Curtii sententiam amplexi vidimus, idem valebit de terminatione Graeca *ις* in plerisque eorum nominum, quae eorum quae in *ος* exeunt vicaria videntur. Itaque res sic fere se habuit: e *δῆμο-ς* ope diversorum suffixorum lingua procreavit *Δημέας* sive *Δαμέας*, *Δαμίας*, *Δάμιος*, quorum *Δημέας* poterat contrahere et postremo

re vera contraxit in *Δημῆς* (C. I. Gr. 2096) — cfr. *Φιλῆς*, similiaque ultimae graecitatis nomina propria, — seu *Δημᾶς* ad similitudinem nominum propriorum inprimis Byzantinorum hellenisticorumve, ut *Κρινᾶς Κοσμᾶς Ἡρᾶς Ζηνᾶς* aliorum, — *Δαμίας* autem et *Δάμιος* in *Δᾶμις*, ac *Δαμίας* quidem multo prius et praecipue in Dorica dialecto, *Δάμιος* autem a medio demum saeculo primo p. Chr. Sic *αιος* quoque terminatio, correpta prius in *αις*, ut in *Ἀθήναις* reliquis similibus, cfr. *γεραίτερος* pro *γεραιότερος*, *δεξι-τερό-ς* pro *δεξιο-τερο-ς*, denique contracta est aut in *ᾶς*, ut in *Ἀθηνᾶς Ἑρμᾶς Παρμενᾶς* aliis nominibus ejusmodi, aut in *αῖς*, vi diphthongi exstincta et accentu mutato, ut in hodierno *Βαρθολομαῖς* similibus, qua de re cfr. Mullachium l. s. s. p. 173 sqq. Nec quidquam refert quod etiam *ιας* terminatio postea saepe in *ᾶς* correpta est, ut in *Ὀλημπᾶς* Byzantino et *παππᾶς* hodierno, antiqui *παππίας* vicario, nec potest negari omnes has mutationes ope inprimis Doricae dialecti niti, quippe quae formas breviores praetulerit longioribus neque a mutilationibus vel miris umquam abhorruerit, cujus rei teste velim utaris eodem Lobeckio Prolegg. p. 505 sqq.

Quae si bene disputata sunt, non diutius mirabimur, quod in inscriptionibus maxime Doricis utraque nonnumquam contractio, et antiquior *ιας* syllabae in *ις* et recentior *ιος* syllabae in *ις* videtur in uno eodemque nomine latere posse, ut C. I. Gr. 5638 in inscr. Dorica Tauromenitana: *ὁ δᾶμος τῶν Ταυρομενιτᾶν Ὄλυμπιν Ὀλύμπιος* et q. s., cujus *Ὄλυμπιν* si tantum compararemus cum nominibus affinibus *Ὀλυμπίας* et *Ὀλύμπιος*, quae v. in lex. patris, et ab ipsa inscriptione prorsus abstineremus, per se contractum esse poterat et ex *Ὀλυμπίας*, ut quod hic videtur pertineret ad idem genus atque *Ἄγις Νῖκις* similia, et ex *Ὀλύμπιος*, ut scribendum esset melius *Ὀλύμπιν* non *Ὄλυμπιν*, et esset idem nomen hellenisticum atque *Ἄλφιος Ὀλύμπις* n. 6491 et *Ὀλύμπις* n. 3757. Est autem unum discrimen atque id quidem magnum inter

utrumque genus; — illud, quod ιᾱς in ις correptum, quando est vetustissimum, mutat accentum et per *omnes* casus utitur proprio suo modo declinandi, — hoc quod ιος in ις contractum, quando est ortum lingua jam senescente, non potest movere accentum, et sequitur in genetivo et dativo declinando declinationem formarum non correptarum. Correpta igitur utriusque generis terminatio, sed illa vigente, haec senescente lingua: res una, vis dispar; nonnumquam genera ita mixta, ut difficile sit judicatu, utri hoc, utri illud exemplum tribuamus, quod ut in hoc Ὀλυμπιν sic fit etiam in Ξένις n. 1545 in inscr. Patrensi, in Λύσσιν n. 3221 in inscr. Lydia, quum nec Λυσσίας nec Λύσσιος nomen traditum sit, in Θεῦδις Anth. XII, 178. 179 quocum cfr. in lexico patris nomina Θεύδιος (Procl. ad Eucl.) et Θεύδης (Mionn. III, 203).

Restat solum, ut de *accentu* nominum in ις pro vulgari ιος exeuntium — nam de his nunc solum agitur — pauca quaedam addam. Hunc posuit Lobeckius in ea syllaba, quae accentu utebatur in forma integra, ut scriberet Εὐγένις Ἀθήναις Καλλίστιν μαρτύριν. A quo differt Boeckhius, quem sequuntur Keilius, Welckerus, Osannus, reliqui qui nomina ejusdem generis enarraverunt; hi enim omnes, quamvis parum in eo sibi constet Boeckhius, in nominibus ejusmodi, quum sunt generis masculini, restringunt accentum, ut scribant Εὔγενις, Δήμητρις, Ἕλλαδις, quum vero sunt generis feminini aut neutri, integrum in ea syllaba relinquunt, in qua erat in voce non correpta, ut scribant Καλλίστιν μαρτύριν. Hanc omnem regulam solo niti arbitrio tam perspicuum est, ut longum sit plura proferre. Quum enim etiam hodierni Graeci eam accentus sedem conservent, quae in voce non correpta erat, nos autem viderimus hanc omnem imminutionem ιος syllabae ad ultimas demum linguae Graecae aetates pertinere, tum inde transisse in sermonem Byzantinorum, postremo legem esse factam in lingua hodiernorum, — qua de re cfr. Mullachii gramm. l. Gr. vulgaris p. 143.

157. 173 — nemo dubitabit assentiri Lobeckio et scribere *Εὐγένις Ἀθήναις Καλλίστιν μαρτύριν* ut in Etymologico M. quoque scriptum est *Λαέρτις*. In eis autem vocabulis, quorum paenultimam producetam, quum corripiuntur et accentus manet, sequitur correpta syllaba finalis, certari potest, utrum *περισπωμένως* an *παροξυτόνως* legenda sint, *Δημῆτρις* an *Δημήτρις* scribatur. Ratio videtur mihi postulare accentum circumflexum, quum accentus semper pronuntiationem sequatur, syllaba autem natura longa etiam tum producta pronuntietur, quum ambitus ipsius vocabuli imminutus sit.

GRAMMATISCHES UND ETYMOLOGISCHES

VOM

HERAUSGEBER.

1) *πάμφι.*

Im Lexikon des Hesychius lesen wir und zwar an dem Orte, welchen die Buchstabenfolge heiseht, *πάμφι· παντάπασι.* Moritz Schmidt spricht in der Anmerkung, freilich mit Hinzufügung eines Fragezeichens, die Vermuthung aus, *πάμφι* sei die kyprische Form von *πάγχυ.* Allein *λοφνίς* = *λιχνίς* und *ἰ* = *ὑπό* bieten dafür doch keine ganz ausreichenden Analogien und es ist jedenfalls einfacher *πάμφι* als eine Bildung auf *φι* vom Stamme *παντ* zu betrachten. Das Suffix wäre dann an diesen ebenso unmittelbar angetreten wie in *ὄχεσ-φι*, *στήθεσ-φι* an die betreffenden Stämme, im Unterschied von *κοτυλήδον-ό-φιν*, das sich des vermittelnden *o* bedient. In der Zusammensetzung zeigt *παντ* bald die härtere, bald die weichere Bildung: *πάν(τ)-σοφο-ς* neben *παντ-ό-σοφο-ς*, *πάν-τολμο-ς* neben *παντό-τολμο-ς.* Als Adverb ist *πάμ-φι* mit *ἶ-φι* und dem im Auslaut vollständigeren *λιχρι-φίς* zu vergleichen.

2) *φατῶς.*

Dieselbe Quelle liefert, glaube ich, eine Ergänzung zu dem, was ich in Kuhn's Zeitschrift VIII 294 f. über eine bis dahin unbeachtete griechische Imperativform zusammengestellt habe. Ich wies dort nämlich, ebenfalls aus Hesychius (*ἐλθετῶς· ἐλθέ Σαλαμίνιοι*) die Existenz einer volle-

ren, den lateinischen Imperativen auf *-to(d)* entsprechenden zweiten Person des Imperativs nach. Es freute mich, meine Wahrnehmung bald darauf durch Bergk bestätigt zu sehn, welcher in einer Note zu seiner Schrift de titulo Arcadico p. IX sich so ausspricht: ‚Hujus formae (ἐλϑετῶς) quae vis esset identidem ostendi in scholis meis, nuper [?] etiam G. Curtius perspexit.'

Zu jenem ἐλϑετῶς kommt nun ein zweites Beispiel derselben Form, das nur ein wenig versteckter liegt. Ich meine die, wie sie überliefert ist, sinnlose Glosse φατῶσαν· γνῶϑι, zu welcher Moritz Schmidt in der grösseren Ausgabe die Anmerkung macht ‚φατῶς ἀνάγνωϑι vel potius φατῷ σύγγνωϑι', in der kleineren aber das Kreuz der Verzweiflung hinzufügt. Ich halte mich an den ersten Vorschlag Moritz Schmidts, indem ich nur anders interpungire: φατῶς· ἀνάγνωϑι, also abweichend von ihm das zweite Wort als Erklärung des ersten fasse. Wenn der attische Redner die Aufforderung zum Vorlesen häufig mit λέγε ausdrückt, warum sollte nicht dieselbe Aufforderung in irgend einem Dialekt mit φαϑί oder mit dem nur durch eine leise Schattirung davon verschiedenen φατῶς ausgedrückt werden können? Hätten die Römer nicht zufällig den Gebrauch der entsprechenden Wurzel *fa* auf das Medium beschränkt, so würde φατῶς einem lateinischen **fato(d)* ebenso genau entsprechen wie die Adverbialendung ως der lateinischen *ô(d)*.

3) ι in abgeleiteten Verbalstämmen und damit zusammenhängenden Nominalformen.

Dass sämmtliche abgeleitete Verba auf αω, εω, οω aus Grundformen auf *ajâmi*, wie sie im Sanskrit vorliegen, hervorgegangen oder doch nach deren Analogie gebildet sind, ist eine alte Lehre der vergleichenden Grammatik (Bopp III § 762 vgl. Schleicher Compend.[2] 357), die man zwar gelegentlich angezweifelt, aber nicht widerlegt hat. Ein nicht genug beachteter Umstand, der sich zu Gunsten

der ursprünglichen Identität jener Verba geltend machen lässt, ist der häufige Austausch unter denselben in den griechischen Mundarten. Am bekanntesten ist *εω* für *αω*: hom. *ἵητον*, *μενοίνεον* (neben *μενοινᾷς*, *μενοίνα*), *ὁμόκλεον* (neben *ὁμόκλα*), *ποτέονται* (neben *ποτῶνται*), neuion. *ὁρέω*, *φοιτέοντες*, *ὡρμέοντο*, *τολμέω* (Bredow de dial. Herodot. 382, Renner Studien I, 2, 45). Aber auch dorisches *ὁρέων*, *συλέων*, *ἐπιτιμέων*, *ἐρευνέοντες* liegt vor (Ahrens dor. 310, Sitzungsber. der Sächs. Ges. d. Wissensch. 1864 S. 221), woraus sich ergibt, dass dieser Wechsel aus der specifisch ionischen Lauterweichung von *α* zu *ε* nicht ausreichend erklärt werden kann. Nun findet sich auch umgekehrt *αω* für *εω*: dor. *ὠνασεῖται* neben *ὠνέομαι*, und *αω* für *οω*, so im pindarischen *κοινάσαντες* (Pyth. IV, 115), *παρεκοινᾶτο* (ib. 133), im asiatisch-aeolischen *ἀξιάσει* = *ἀξιώσει* (Ahrens Aeol. p. 91), das jetzt auch aus dem von Christ veröffentlichten, im Philologus XXV 191 wieder abgedruckten aeolischen Decret von Tenedos vorliegt. Das Gegenstück dazu ist *οω* für *αω*: lesb. *τιμώσασα* = *τιμήσασα* (Conze Reise auf Lesbos S. 23 Z. 7). Der ionische Ersatz von *οω* durch *εω* hat in neuionischen Formen wie *ἀντιεύμεθα*, *ἀξιεύμενος*, *μισθεῦνται*, *ἐδικαιεῦντο* (Bredow 391) zahlreiche Spuren hinterlassen.

Aber auch das Jod, welches ehemals die beiden collidirenden Vocale trennte, ist keineswegs spurlos verschwunden. Es hat sich, wie ich Grundzüge [3] 573 im Anschluss an Bopp gezeigt zu haben glaube, als *ζ* erhalten. Zu den dort angeführten, leicht zu vermehrenden Fällen völlig gleichbedeutender Verba auf *αω* und *αζω* wie homer. *βιάω* und *βιάζω* kommt jetzt noch das arkadische, oder nach Kirchhoff's wohl zu beachtendem Urtheil über diese Inschrift (Monatsber. der Berl. Akad. Jan. 1870 S. 51 ff.) lakonische *ἐπιδικᾶτός* = *ἐπιδικαστός*. Aus Hesychius lassen sich noch folgende Formen anführen: *ἁρπιδμαι· ἁρπάζω*, *δρεπάνῳ χρῶμαι*, das allerdings vielleicht mit Steph. Thes. s. v. *ἁρπάω* für spät zu halten ist, kretisch *διττάμενον*, d. i. **διτταό-*

μενον = *δισταζόμενον, erklärt mit ἀρνούμενον, δοκάζω, auch aus Sophron überliefert (Ahr. dor. 465) im Sinne von προσδοκάω. Bei einer genaueren vergleichenden Untersuchung der Verba auf αω und αζω würden sich noch viele besondere Berührungspunkte ergeben, namentlich in Betreff der Herkunft beider Verbalclassen. So gehen z. B. in ganz gleicher Weise Verba beider Art aus Nominalstämmen auf τα mit einer mehr oder weniger scharf ausgeprägten frequentativen oder intensiven Färbung hervor, welche durchaus derjenigen der lateinischen Verba auf -(i)tare entspricht: ναιετάω, εὐχετάομαι neben ἑλκυστάζω, ῥυστάζω, ὀνοτάζω, potare neben οἰνοποτάζειν. Bei Hesychius finden wir noch δροκτάζεις· περιβλέπεις, εὐκτάζου· εὔχου, ἐκύπταζον· ἔκυπτον, φερτάζει· φέρει.

Wie αζω neben αω, so steht das fast verschollene εξω und das sehr häufige grossentheils daraus geschwächte ιζω neben εω, οζω neben οω. Was ιζω betrifft, so kann hier auf Grundz.[3] 596 und die dort erwähnten Ausführungen Grassmanns verwiesen werden. In ἀκηχέδατ᾽ neben ἀκαχίζω ist eine deutliche Spur des ε erhalten. χθιζός neben χθές erläutert den Lautübergang hinreichend. Das einzige Präsens auf εξω πιέζω mit der dorischen Nebenform πιάζω ist leider seinem Ursprung nach völlig dunkel. Ebenso vereinzelt stehen ἁρμόζω und δεσπόζω, jenes schon homerisch und durch die Formen ἥρμοσε, ἁρμόδιος die Priorität des Dentals vor dem in ἁρμογή wie im dorischen ἅρμοξις hervortretenden Guttural bekundend (Leo Meyer Vergl. Gr. II 50), δεσπόζω erst nachhomerisch. ἁρμόζω lässt sich ohne Zwang aus dem Nominalstamm ἁρμο ableiten, der auch im Locativ ἁρμοῖ vorliegt. Das ζ ist dann ebenso zu fassen wie das von δικάζω, πολεμίζω, das heisst als Vertreter des ursprünglichen j.

Derselbe palatale Spirant, dem wir ja im Griechischen überhaupt in mannichfaltigen Verwandlungen begegnen, hat sich nun auch in Verben gleichen Ursprungs zu ι vocalisirt erhalten. So gewinnen wir eine dreifache Reihe

αω	*εω*	*οω*
αζω	*εζω, ιζω*	*οζω*
αιω	*ειω*	*οιω.*

Das deutlichste Verbum auf *αιω* ist *παλαίω* (boeot. *παλίω*), dessen Diphthong auch in *πάλαισμα, παλαισμοσύνη* (*Ψ* 70, *ϑ* 103), *παλαιστής* (*ϑ* 246), *παλαίστρα* bleibt. Wir können nicht zweifeln, dass *παλαίω* auf den Nominalstamm *παλα* (*πάλη* das Ringen *ϑ* 206) zurückgeht, der seinerseits aus der W. *παλ* schwingen, schütteln hervorgegangen ist. *παλαίω* verhält sich also zu *παλα* wie *τιμάω* zu *τιμα*, *δικάζω* zu *δικα*. Ueberdies gibt es einige Spuren einer Nebenform ohne jenes ungewöhnliche Jota, so das vereinzelte *παλήσειε* bei Herodot VIII 21: *εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατός, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι.* Die richtigste Uebersetzung dieses von Hesychius nicht eben sehr treffend mit *διαφθαρείη* erklärten Aorists ist wohl in's Gedränge kommen, wie denn auch *παλαίειν* nicht selten das Ringen, den Kampf mit Noth und Missgeschick bedeutet. Ebendahin gehört *ἐκπαλήσαντες· ἐκπεσόντες* Hesych., *ἀποπαλήσει*, das bei Erotianus in der vocum Hippocratearum collectio ed. Jos. Klein p. 52 in der Bedeutung *σαλεύσει καὶ σφόδρα κινήσει* vorliegt, *ἐκπαλήσει, ἐκπάλησις* sind die technischen Wörter für den Begriff des Verrenkens. Man vergleiche noch Mor. Schmidt ad Hesych. II 49, Lobeck Rhemat. 149. Da eine Präsensform **παλάω*, wie sie meist angenommen wird, nirgends vorkommt, so ist es wahrscheinlicher, dass den erwähnten Bildungen vielmehr **παλέω* zu Grunde liegt. Das in den zu *παλαίω* gehörigen Nominalbildungen hervortretende *σ* ist natürlich von derselben Beschaffenheit wie das in *ὀρχήστρα* und so vielen andern Formen der Art. — Die übrigen Verba auf *-αιω*, welche Lobeck Rhemat. 194 aufzählt (vgl. zu Buttmann Ausf. Gr. 59), zerfallen in zwei Classen, solche, deren Herkunft aus Nominalstämmen nicht fest steht: *ἀγαίομαι* (*ν* 16), *κέραιε* (*Λ* 203), neben *κερῶν*, *λιλαίομαι* neben *λάω*. Hier hindert uns nichts das *ι* ebenso aufzufassen wie in *δαίω* = skr. *dajâ* (Grundz.

216). In die zweite Classe gehören die deutlich denominativen, freilich sämmtlich nur vereinzelt von Dichtern der alexandrinischen Zeit gebraucht oder nur von Grammatikern angeführt, so ἰσαίω neben ἰσάζω (Aratus), bestätigt durch das boeotische ἰσήι· ἰσάζει (Hesych.), da das boeotische ηι durchweg den etymologischen Werth eines αι hat, βιαίω ebenda neben βιάζω und βιάω, διχαίω neben διχάζω, κεδαίω neben κεδάζω, χαλαίω neben χαλάω und χαλάζω. Es gibt indess noch andere Spuren derartiger Verbalstämme. Das aeolische μαχαίτας (Alcaeus fr. 33 B[3]), lakonischem μαχατάς, homerischem μαχητής gegenüber weist auf *μαχαίω, δίαιτα, wenn wir es (Grundz. 447) mit ζάω zusammenstellen dürfen, auf *διαί-ω. Ausserdem aber erklären sich, glaube ich, auf diese Weise am einfachsten mehrere Composita mit αι in der Mitte (Clemm de composit. p. 10), namentlich ταλαί-πωρο-ς, ταλαί-φρων, ταλαι-παθής, ταλαί-μοχθος, ταλαι-μένης, χαλαί-πους (Nikander). Für letzteres liegt ja χαλαίω wirklich vor, für ταλάω eine Nebenform *ταλαίω (gleichsam *talajâmi) vorauszusetzen, ist nach den obigen Erörterungen wenig gewagt. Ebenso würden μιαι-φόνο-ς, μιαι-γαμία (Suid.) auf ein schon wegen μια-ρό-ς, μίασ-μα vorauszusetzendes *μιάω, *μιαίω, μαραίπους auf *μαράω, *μαραίω, Ἀλθαι-μένης auf *ἀλθάω, *ἀλθαίω zurückgehen. Alle diese Composita gehören in die erste Classe der von Clemm so benannten asigmata. Der sonst als ο, ε oder ι hervortretende thematische Vocal des Präsensstammes, von Clemm Compositionsvocal genannt, ist hier mit dem Diphthong zu einer Sylbe verschmolzen, gerade wie γεραί-τερο-ς für γεραιό-τερο-ς steht.

Präsentia auf -ειω sind nach Leskien Stud. II 95 aus Homer sieben an der Zahl bekannt: ἀχείομαι (ἔλκε᾽ ἀχειόμενοι Π 29), μαχείομαι (μαχειόμενος ρ 471), νεικείω (νεικείεσκε Β 221), οἰνοβαρείω (οἰνοβαρείων ι 374), ὀκνείω (Ε 255), πενθείω (πενθείετον Ψ 283), τελείω (τελείει ζ 234). Aus beachtenswerthen Gründen vermuthet Leskien, dass diese Formen auf Sigmastämme zurückgehen, die auch

für alle mit Ausnahme von *μαχέομαι* und *ὀχνέω* wirklich vorliegen. Wenn hier überall *σ* dem folgenden *j* assimilirt wäre, so würde sich daraus allerdings vortrefflich der vollere Klang des *j* und dessen spätere Vocalisation im Unterschied von dem spurlosen Ausfall in den übrigen Formen erklären. Indess wird namentlich für *μαχέομαι* das vorher erwähnte *μαχαίτας* wohl zu beachten sein und es daher noch nicht für ausgemacht gelten können, dass *εω* überall einen Sibilanten voraussetzt.

Dazu kommen nun noch einige, wenn auch spärliche Spuren von Verben auf *-οιω*. Freilich *ἀγοιόμενος· ἀγόμενος* bei Hesychius ist allzu seltsam, *ἁρμοίματα· ἀρτύματα* ebenda (vgl. *ἅρμωλα· ἀρτύματα*) ist noch zu wenig durchsichtig, von der Form *ὁδοί-τη-ς*, die Ahrens Aeol. 96 wohl nur zur Erklärung von *ὁδί-τη-ς* vermuthet, sagt Lobeck Prolegom. 523 ‚adhuc non legimus', unter den ebendort angeführten ziemlich zahlreichen Eigennamen auf *οιτη-ς* ist etwa nur *Σακοίτη-ς* für uns brauchbar, insofern es mit Recht von Lobeck mit *σηκωτή-ς* identificirt wird. Mit grösserer Entschiedenheit aber werden wir das homerische *κνδοι-μό-ς* (*ἐγρε-κύδοι-μο-ς*) und das daraus hervorgegangene *κνδοιμέω* hier aufführen, dem es bisher an einer befriedigenden Erklärung gefehlt hat. Denn Benfey Wurzellex. II 162 stellt es zwar vermuthungsweise zu lat. *cûdere*, jedoch ohne den Diphthong zu erklären. Was Düntzer Ztschr. XV 364 darüber sagt, hat unsre Einsicht schwerlich gefördert, Döderlein aber macht bei diesem Wort (Gloss. 383) einen seiner wunderlichen Sprünge, indem er *κνδοιμός* für eine phonetische Varietät von *καταδυσμός* erklärt. *κνδ-οι-μό-ς* ist nach Analogie ähnlicher Substantiva wie *δει-μό-ς*, *οἶ-μο-ς*, *χυ-μό-ς*, *στολ-μό-ς* aus einem Verbalstamm hervorgegangen, der kaum anders als *κνδ-οι* gelautet haben kann. **κνδοί-ω* wäre ein Seitenstück zu *παλαίω*, *ὀχνέω* und verhielte sich zu **κνδό-ω* wie *παλαίω* zu *τιμάω*. Das abgeleitete Verbum **κνδοίω* müsste aus einem Nominalstamm **κνδ-ο* oder **κνδ-α* hervorgehen. Die Wurzel *κνδ* könnte

immerhin wohl mit dem lat. *cûd-ere* schmieden verwandt sein, wie sich denn der Begriff des Lärms z. B. in κρό-το-ς aus einer Wurzel entwickelt, die, wie κρούω zeigt, eigentlich schlagen bedeutet. Es ist nicht unwahrscheinlich, dass die W. *kud* durch das Determinativ *d* aus der Primärwurzel *ku* hervorgegangen ist, die mit derselben Bedeutung schmieden im lett. *kau-t*, ksl. *kova-ti*, in der allgemeineren des Schlagens im ahd. *houuan* vorliegt (vgl. Pott Wurzelwtb. I 666). Auch κυδάζειν beschimpfen, lästern lässt sich vielleicht damit vermitteln, aber κῦδος nebst Zubehör ist gewiss zu trennen. κυδοι-μό-ς wird im Lexikon des Apollonios mit θόρυβος, τάραχος erklärt, es bezeichnet recht eigentlich das Schlachtgetöse. Eine seltsame, jedenfalls mit κυδοι-μό-ς eng zusammenhängende Form ist das komische κυδοι-δοπᾶν (Aristoph. Pax. 1152, Nub. 616) mit einer an -οπίπας, ὀνίνημι erinnernden innern Reduplication. In dieser volksthümlichen Ableitung ist der Begriff der Verwirrung vollends durchgedrungen. Eine ganz ähnliche Begriffsverzweigung zeigt das deutsche Wort *Drasch*, das, obwohl es ohne Zweifel von dreschen herkommt, doch in Sachsen so viel wie Lärm, Geschrei, wirres Getreibe bedeutet (Grimm Wörterb. II 1340). — Diesem κυδοι-μό-ς sind ähnliche Bildungen kaum zur Seite zu stellen. Man könnte an ἕτοι-μο-ς denken, aber ich finde kein befriedigendes Etymon.

4) κυβερνάω, κυβερνήτης.

Diese Wörter gehören in Bezug auf ihre Etymologie zu den schwierigsten. Wenn ich es dennoch wage ihrem Ursprung nachzuspüren, so geschieht dies in dem vollen Bewusstsein davon, dass es sich nur um einen Versuch handelt und gebe ich die hier folgenden Zusammenstellungen unter diesem ausdrücklichen Vorbehalt. Die etymologische Divination wird für sich dasselbe Recht in Anspruch nehmen dürfen, das man der textkritischen allgemein zugesteht.

Vielleicht fällt schon bei dem Versuche manches Licht auf einzelne Punkte, das unsrer Einsicht nach verschiedenen Richtungen hin zu gute kommt.

Folgende Etymologien sind von den oben aufgeführten Wörtern bis jetzt aufgestellt. Im Etymologicum Magnum wird κυβερνάω unter Berufung auf die acolische Nebenform κυμερνάω von κῦμα ἐρεννᾶν abgeleitet. Das bedarf keiner Widerlegung. Pott Et. Forsch. I[1] 140 erkennt in dem Verbum eine Zusammensetzung der Wurzel von κίπτειν mit einem zu ἐρέσσειν gehörenden Nominalstamm, indem er an *incumbere remis* erinnert. Das liesse sich hören, wenn κυβερνᾶν rudern bedeutete, aber von Homer an ist es das technische Wort für den Lenker des Schiffes, der eine von der der ἐρέται oder ὑπηρέται wesentlich verschiedene Thätigkeit übt. — Benfey Wurzellexik. II 305 denkt ebenfalls an ἐρέσσειν, lässt uns aber in Bezug auf die Sylbe κυβ die Wahl zwischen κύβη Kopf und κύμβη Schiff. Aber ‚Schiffsruderer' passt aus demselben Grunde nicht, aus dem uns *‚remis incumbens'* nicht zusagte, überdies ist κύμβη für Schiff ein bloss poetischer Ausdruck, der eigentlich Schale bedeutet zu haben scheint. Eher liesse sich die Herleitung von κύβη Kopf hören, insofern wir von da zu dem Begriff ‚Hauptruderer' gelangten, wenn nur solche Zusammensetzungen, wie unsre zahlreichen mit Haupt dem Geiste griechischer Composition entsprächen. κύβη aber, wie Benfey meint, im Sinne von ‚Hauptstück' zu nehmen ist kaum möglich, da doch das Hintertheil des Schiffes, auf dem der Steuermann seinen Platz hat, kaum Hauptstück oder Kopf des Schiffes genannt werden kann. — Auch Düntzer Ztschr. XVI 30 lässt uns die Auswahl. Er leitet κυβερνάω aus einem Nomen *κυβέρνη ab, das Steuer bedeutet haben soll, ohne auch nur anzudeuten, dass ein solches Wort nirgends vorkommt. Es steht nur fest, dass κυβερνάω ein abgeleitetes Verbum ist, das Stammnomen kann aber ebenso gut *κυβερνο-ς als *κυβέρνη geheissen haben. Dies bloss vorausgesetzte *κυβέρνη betrachtet nun

Düntzer als eine Bildung von der Art wie *taberna, caverna*, und schwankt zwischen der Herleitung entweder aus *κύβη*, soll heissen *κύμβη*, Schiff oder aus W. *κυβ*, *κυφ* (*κύπτω*). In beiden Fällen wäre die specielle Bedeutung des richtenden, lenkenden Steuers durch nichts bezeichnet, denn weder ‚*navalis*', noch ‚*curva*' entspricht dem Wesen des Steuers, das gar nicht einmal rund oder gebogen zu sein braucht.

Ich glaube, man wird zugeben, dass keine dieser Deutungen der Art ist, um einen andern Versuch überflüssig zu machen. Ich gehe dabei aus von dem schon erwähnten Worte *κύβη*, das uns in der Bedeutung *κεφαλή* mehrfach von Grammatikern und Lexikographen überliefert ist, so im Et. Magn. 543, 22, in den Scholien zu Eurip. Phoen. 1151, an beiden Stellen als Etymon von *κυβιστητήρ*, das mit *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πίπτων* erklärt wird, und offenbar die Mittelstufen **κυβίζειν*, **κυβιστής*, *κυβιστᾶν* (Hom.) voraussetzt. Auf denselben Nominalstamm gehen deutlich zurück *κυβάσαι· καταστρέψαι* (auf den Kopf stellen), *κυβησίνδα· ἐπὶ κεφαλήν* (kopfüber). Eine Nebenform von *κύβη* ist *κύμβη*, daher das homerische Adjectiv *κύμβαχος* (*E* 585), nach Hesychius *ἐπὶ κεφαλῆς καὶ ἄνω τοὺς πόδας* und doch wohl auch das Substantiv *κύμβαχος*, das *O* 536 den obersten oder Kopftheil des Helmes bezeichnet. Andre, nach Hesychius kretische, Nebenformen waren *κύφερος*, *κυφή*, ersteres anderswo *κύπρος* lautend, in Bezug worauf hier auf Lobecks Proleg. 91 und meine Grundz. 490 verwiesen werden mag. Die Aspirata sowohl wie die Tenuis gehörten offenbar entlegenen Dialekten an, im Gemeingriechischen herrschte die Media. Es ist nun keine allzukühne Vermuthung, dass, wie bei den Kretern *κυφή* das erweiterte *κύφερος*, so bei den übrigen Griechen *κύβη* ein **κύβερος* zur Seite gehabt habe, natürlich in derselben Bedeutung Kopf. Dies **κυβερο-ς* konnte sich nun sehr leicht durch ein neues Suffix weiter verzweigen. Das Suffix *-ινο* tritt nicht selten an nominale Stämme zu weiterer Ableitung, an R-Stämme z. B. in *νυκτερ-ινό-ς* (= *noctur-nu-s*), *χειμερ-ινό-ς* (= *hiber-nu-s*),

bei der Beweglichkeit der Vocale bei ϱ und λ dürfen wir das seltene Suffix *αϱ-νο* gewiss in *αϱ-ινο* zerlegen, demnach *σκέπ-αϱ-νο-ν*, *κέ-αϱ-νο-ν*, *λεχ-έϱ-να* (ὑπὸ Ἀργείων ἡ θυσία ἐπιτελουμένη τῇ Ἥρᾳ Hesych.) für Bildungen derselben Art halten wie lat. *tab-er-na*, *cav-er-na*. Das nach diesen Analogien vermuthete *κυβ-ερ-νο-ς* würde die Bedeutung von *κεφαλαῖος* oder *κορυφαῖος* haben, gewiss eine passende Bezeichnung für die Hauptperson des Schiffes, die ursprünglich vom *capitano* oder Capitän kaum verschieden sein mochte. *κύβερνος* im Sinne von *κυβερνήτης* ist nun ein nicht bloss erschlossenes Wort, es kommt, freilich spät, bei Gregor von Nazianz (Vol. II p. 154 B.) in dem Verse *κύβερνος ἴδμων φεύξεται τριχυμίας* und mit abweichender Betonung *κυβερνός* im carmen mor. des Georgius Lapitha v. 616 Boiss. vor. Da aber Gregor v. Nazianz nicht selten glossematische Wörter verwendet, die ihm irgendwo in der älteren Litteratur überliefert waren, so liegt die Vermuthung sehr nahe, dass auch *κύβερνο-ς* nicht auf reiner Erfindung beruht, und es könnte leicht sein, dass auch das lateinische *guberna* = *gubernacula* bei Lucrez und Lucilius, nebst *gubernius* bei Laberius auf ähnlichen kürzeren griechischen Bildungen beruhten. *κυβερνάω* würde sich nun zu jenem *κύβερνος* verhalten wie *ἱεράομαι* zu *ἱερός*, es würde eigentlich Hauptmann, Steuermann sein bedeuten. Solche Herkunft schliesst keineswegs die transitive Bedeutung aus, die dem Verbum von Homer an zukommt, das bezeugen Verba wie *ναιετάω*, *ἱστορέω*, *θεραπεύω*. Was das angeblich aeolische *κυμερνᾶν* betrifft, das Roscher oben S. 137 als Beispiel der Verwandlung von *β* in *μ* behandelt, so liesse es sich leicht mit dem nasalirten *κύμβη* (vgl. *κύμβαχος*) vermitteln, könnte also durch progressive Assimilation aus *κυμβερνᾶν* entstanden, aber missbräuchlich mit einfachem, statt mit doppeltem *μ* geschrieben sein. — Die weiteren Ableitungen *κυβερνήτηϱ*, *κυβερνήτη-ς* bieten keine Schwierigkeiten.

Zweifel an diesen Darlegungen könnten am ehesten durch die Menge ableitender, scheinbar überflüssiger, Ele-

mente geweckt werden. Indessen fehlt es nicht an andern Wörtern, in denen die wuchernde Triebkraft der Suffixe einen ähnlichen Grad der Ueppigkeit erreicht, darunter mögen hier zwei unter einander und mit κυβερνάω sehr ähnliche besprochen werden: λιπερνής und λιφερνοῦντες. λιπερνής, vom Scholiasten zu Aristoph. Pax 603 aus Archilochus angeführt (fr. 50 Bergk[3]), von Meineke zu den Fragmenta Com. II, 1. 123 besprochen, wird von Hesychius mit ὁ ἐκ πλουσίου πένης erklärt, freilich mit den Zusätzen ἢ ἐξ ἀγροῦ εἰς πόλιν πεφευγὼς ἢ ὁ λειπόπολις. Der Ableitung von ἔρνος Keim, Spross wird niemand beistimmen. Ueberhaupt ist der Zusammenhang mit W. λιπ ebenso klar, wie das zweite Element, sobald man darin einen selbständigen Wortstamm sucht, dunkel. Wie aber, wenn wir auch hier zunächst ein Adjectiv auf -ρο-ς *λιπ-ερό-ς (vgl. βλαβ-ερό-ς, φαν-ερό-ς, σαλ-ερό-ς) im Sinne etwa von λειπόμενος zurückbleibend annähmen, von da aus zu *λιπ-ερ-ινό-ς, verkürzt *λιπ-ερ-νο-ς, vorschritten und aus diesem λιπ-ερ-ν-ητ ebenso entstehen liessen, wie γυμν-ητ aus γυμνό-ς, πλαν-ητ aus πλάνο-ς? λιπερνῆτες wäre dann nach Analogie der erwähnten Adjectiva als Properispomenon zu betonen, wie dies auch in den Scholien zu Aristoph. geschieht, und etwa mit verkommen, kümmerlich zu übersetzen. Die von Dichtern der Anthologie gebrauchten und im Etym. M. p. 566, 50 erwähnten Nebenformen λιπερνήτης, Fem. λιπερνῆτις verhalten sich jedenfalls zu der erwähnten kürzeren wie γυμνήτη-ς πλανήτη-ς zu γυμνής, πλανής. Von einem Verbum λιπερνέω liegt wenigstens das Particip λιπερνοῦντας· πενιχρούς bei Suidas vor. λιπερνήτη-ς wäre nach unsrer Auffassung das nächste Analogon von κυβερνήτη-ς. Wenn sich statt jenes Particips bei Josephus Arch. Jud. II, 5, 5 λιφερνοῦντες geschrieben findet (στάχυας λιφερνοῦντας καὶ ἀσθενεῖς ὑπὸ ἀδροσίας), so beruht das wohl auf jener von Roscher in diesen Studien I[2] so reichlich nachgewiesenen adspiratio vulgaris, so dass das Wort mit dem

ebendort S. 113 aus Hesychius nachgewiesenen *λείφητρα· λείψανα* zusammen zu stellen ist.

Ganz verschieden von den eben besprochenen Wörtern ist seiner Abstammung nach die seltsame Glosse des Hesych. *λιφερροῦντες· ἐν συνδένδρῳ τόπῳ προσφιλῶς διάγοντες*. Ich habe schon in meinen Grundzügen (S. 343) darauf hingewiesen, dass die Wurzel dieses Worts vielleicht jenes *λιφ* sei, auf das wir *λίψ· ἐπιθυμία* (Hesych.), *λίπεσθαι* begehren und die lateinischen, deutschen, slawisch-lettischen Wörter des Liebens und Beliebens zurückführen müssen. Ist diese Vermuthung richtig, so hätten wir hier folgende Ableitungsstufen: **λιφ-ερο-ς*, **λιφ-ερ-(ι)νο-ς*, *λιφ-ερ-ν-έω*. Das erste Wort hiesse etwa verliebt, das zweite von verliebter Art, das Verbum sich nach Art verliebter benehmen, oder liebeln. Das Particip scheint ein im Gebüsch verstecktes Liebespaar zu bezeichnen. Von *κυβερνάω* unterscheiden sich *λιπερνέω* und *λιφερνέω* nur durch den Conjugationsvocal. Analog seiner Ableitung nach ist auch der Name der Stadt *Ἐλευθέρνα*.

5) *φώρ*, *fûr*.

Die Herleitung dieser Wörter von der W. *φερ*, *fer* tragen ist oft ausgesprochen. Schon im Etymolog. Magnum p. 804, 5 heisst es: *φώρ· ὁ λῃστής, ὁ κλέπτης· παρὰ τὸ φέρω . . . ὁ τὰ ἀλλότρια φέρων*. Lautlich hat diese Etymologie für *φώρ* keine Schwierigkeit, denn *φώρ* und *φωρά* würde sich zu *φέρω* verhalten wie *κλώψ* zu *κλέπτω*, *παραβλώψ* zu *βλέπω*, *λώψ* (Hesych.) und *λώπη* zu *λέπω*. Auch in *φωριαμός* Tragkasten, Lade begegnen wir dem langen O-Laut. Was die Bedeutung betrifft, so heisst auch das Verbum *φέρειν* in der geläufigen grăcoitalischen Wendung *ἄγειν καὶ φέρειν* = *agere et ferre* forttragen, eine im Grunde nicht auffallendere Specialisirung als wenn *ponere* ablegen bedeutet. Auch für die entsprechende Sanskritwurzel *bhar*

führt das Petersb. Wörterb. unter 4 die Bedeutung „entführen, wegnehmen" auf, und das daraus gebildete desiderative Adjectiv *bhar-isha-s* heisst, worauf Fick Wörterb. der indogerm. Grundsprache[1] 125 hinweist, beutelustig.

Ernstlichere Schwierigkeiten aber bereitet das lateinische Wort. Pott Wurzelwörterb. II, 1 S. 470 erblickt solche hauptsächlich in den Wörtern *furtu-m furtim*. „Aus denominativen Bildungen", sagt Pott, „haben *furtim* und *furtum* etwas Ungewöhnliches. Mag *furtim* (nach Weise von Dieben, oder wie *cautim?*) noch einigermassen durch Nominalbildungen wie *viritim, tributim, vicatim* entschuldigt sein. Was soll man aber zu *furtum* sagen als Derivat von *fur?*" Indess was das Adverb betrifft, so hat Corssen Kritische Beiträge S. 287 erwiesen, dass die Bildungen auf *-tim* zwar ursprünglich verbal sind, nach einer erweiterten Analogie aber schon von der frühesten uns bekannten Zeit der Latinität an auch gelegentlich aus Nominalstämmen hervorgehen, wovon *ubertim, juxtim, coxim* unabweisliche Beispiele sind. Ebenso wenig kann aber dergleichen Erweiterung der Analogie für die participartigen Nomina auf *to, ta* geleugnet werden. Man denke nur an *jus-tu-s, robus-tu-s, liber-tu-s, juven-tu, senec-tu, arbus-tu-m, verû-tu-m* (Leo Meyer vergl. Gr. II 518 ff.). Dadurch sind, meine ich, die erwähnten Bedenken gehoben.

Eine zweite Schwierigkeit findet Pott in dem *û* von *fûr, fûrâri*. Der Gedanke, der labiodentale Spirant *f* hätte gerade in diesem Worte im Unterschied von fast allen andern Formen der W. *fer* einen verdumpfenden Einfluss auf den folgenden Vocal geübt, ist wohl von diesem selbst kaum ernstlich gemeint. Den Ausweg, *fûr* als Lehnwort zu betrachten, lehnt er gewiss mit Recht ab. Wie wäre es glaublich, dass die Römer ein so alltägliches Wort erst von den Griechen gelernt hätten? An dem *û* nimmt auch Corssen Anstoss. Er sagt Ausspr. I[2] 548 „Da im Lateinischen *o* nicht durch folgendes *r* zu *u* gestaltet wird, son-

dern umgekehrt *u* zu *o* in *fore* von W. *fu* und in *por* von *Marcipor*, so kann *fûr* nicht aus älterem **fôr* auf lateinischem Sprachboden entstanden sein, zu welcher Annahme das griechische *φώρ* verleiten könnte.“ Hier können wir aber, denke ich, Corssen durch die von ihm selbst aufgespeicherten reichen Schätze widerlegen. Im zweiten Bande gibt er umfassende Zusammenstellungen über den Uebergang von *o* in *u* (S. 162 ff.). Es heisst dort „*o* ist vor dem Zitterlaut *r* in geschlossener Sylbe vielfach zu *u* verdunkelt“ und weiter S. 168 „Der kurze vocalische Laut vor *r* war in ein Schwanken zwischen *o* und *u* hineingerathen, und so ist es begreiflich, wenn auch in offner Sylbe vor *r* sich derselbe gelegentlich zu *u* ausgeprägt hat.“ Also, von der Quantität abgesehen, steht *fûr* mit *furfur*, *robur*, *ebur*, *jecur*, *fulgur*, *guttur*, *vultur*, *fûris* u. s. w. mit *furfuris*, *fulgura*, *gutturi*, *vulturem* auf einer Linie. Dass auch langes aus *â* hervorgegangenes *ô* derselben Verdumpfung unterliegt, zeigen *datûru-s*, *nâtûra* und andere von Corssen II^2 194 besprochene Formen. Im Oskischen und Umbrischen erscheint das Suffix *tor* durchweg in der Gestalt *tur:* osk. *keensztur*, umbr. *arsfertur*. Nur der Nominativ *fûr* steht mit seinem langen *u* ganz vereinzelt da, aber in jedem Falle, mag man die Wurzel in *ferre* oder anderswo suchen. Die Länge des Stammvocals in den übrigen Formen ist nicht auffallender als die von *rêx*, *pâx* und ähnlichen Wörtern. Eher könnte man statt *fûr* aus *fôr fêr* erwarten, aber wir sehen ja auch in *fors*, *fortûna*, in *sors* neben *sero*, in *pondus* neben *pendo* einen dumpferen Vocal an die Stelle des E-Lauts treten. *fûr* hat nur das eigenthümliche, dass sich hier wie in *φώρ* die qualitative Veränderung mit der quantitativen vereinigt.

Durch die bisherigen Erörterungen ist erwiesen, dass die Wörter *φώρ* und *fûr* in beiden Sprachen mit der Wurzel des Tragens lautlich wie begrifflich nicht unvereinbar sind. Daraus würde sich nun allerdings nur die Mög-

lichkeit ergeben für diese Ableitung, die, weil der Bedeutungsübergang kein schlagender ist, immerhin noch der Vergleichung mit andern ebenfalls versuchten Etymologien bedarf, ehe aus der Möglichkeit eine Wahrscheinlichkeit wird. Hier kann aber wohl nur ein einziger Versuch in Betracht kommen. Corssen I ^{2} 548 führt *fûr* auf die „italische Wurzelform *fŭr*“ zurück, „die aus skr. *dhvar* entstanden ist und deren *ŭ* zu *ū* gesteigert wurde.“ Ueber das Verhältniss dieser italischen Wurzel *fŭr* zum griechischen von ihm doch auch in diese Reihe gestellten *φώρ* spricht C. sich nicht aus. Soll jene Wurzel etwa auf Griechisch *φορ* gelautet haben? von wo aus allerdings zu *φώρ* zu gelangen wäre. Dem steht aber der Umstand entgegen, dass *φ* nur in bestimmten Mundarten in ganz einzelnen Fällen, nicht im Gemeingriechischen Vertreter eines *dh* ist, wie ich Grundz. 441 f. gezeigt zu haben glaube. Corssen's Etymologie würde uns daher, wenn sie richtig wäre, nöthigen das griechische Wort vom lateinischen völlig zu trennen. Das wird aber nicht leicht jemand wahrscheinlich finden. Jene Etymologie besteht also die Probe nicht, für die ganze naturgemäss zusammengehörige Wortsippe auszureichen. Ebenso wenig wollen aber die Bedeutungsverhältnisse stimmen. *φώρ*, *fûr* mit allem was dazu gehört bedeuten nie etwas andres als Dieb, stehlen. Für skt. *dhvar* dagegen enthalten zwar die Wurzellexika, denen Corssen mit Vorliebe folgt, die Bedeutungen „krümmen, betrügen, verletzen“, nach den vollständigeren Angaben des Petersb. Wörterbuchs aber bedeutet das Verbum nie etwas andres als „beugen, zu Fall bringen“, weshalb denn auch Pott Wurzellexik. II 352 völlig andere Combinationen versucht. Aus den nominalen Verzweigungen dieser Wurzel im Sanskrit könnte höchstens *dhru-ti-s* Verführung an jene Vorstellung des Heimlichen und der List anklingen, die besonders im lat. *furtim* hervortritt. Die, wie es scheint, mit *dhvar* verwandte Wurzel *dhûrv* bedeutet beugen, beschädigen, *dhûrti-s* Beschädigung, *dhûr-ta-s* allerdings schlau, be-

trügerisch. Irre ich nicht, so ist die Grundbedeutung der Wurzel etwa vertere, evertere, und *dhûr-ta-s* verhält sich dazu ähnlich wie das lat. *versutu-s*. Aber wie fern liegt das alles den Wörtern φώρ und *fûr*! Ich kann danach die Zusammenstellung mit W. *dhvar* in keiner Weise für gerechtfertigt halten.

Dagegen lassen sich für die schon vorhin als lautlich und begrifflich zulässig gefundene Herleitung aus der W. φερ noch zwei bisher nicht beachtete Glossen des Hesychius anführen: ἀποφῶρας (richtiger wohl ἀπόφωρας) κλέπτας und ἴ̓σφωρες· λῃσταί, κλέπται. Λάκωνες. Das erste Wort bedarf keiner Erklärung, hier haben wir eben jenes „fort", das wir bei φώρ suppliren mussten. Das zweite ist schwieriger. Mit älteren Herausgebern ἰς auf ἴ̓ς Gewalt zurückzuführen ist misslich, weil das ς sich schwer erklärt, auch die Zusammensetzung seltsam wäre. Mor. Schmidt sagt vorsichtigerweise nur ισ aliunde adcrevit, ut ἀπό in ἀποφῶρας·. Es liegt nahe an ἐξ zu denken. Freilich kennen wir als mundartliche Nebenform dieser Präposition nur ἐσ oder ἐς bei den Boeotiern und Arkadiern, aber es liegt nahe zu vermuthen, dass in irgend einer Mundart das ε dieser Präposition ähnlich wie das von ἐν zu ι abgeschwächt ward. Ob freilich diese Mundart die lakonische war, steht dahin. M. Schmidt vermuthet ohnehin aus einem dem folgenden Worte ἰσχάλειν entnommenen Grunde, dass Λάκωνες in der Handschrift fälschlich statt zu ἰσχάλειν (richtiger ἰσχιάδδειν) zu ἴ̓σφωρες gestellt sei. Hiessen nun aber Diebe und Räuber in griechischen Mundarten gewiss ἀπόφωρες, vielleicht ἔ̓κφωρες, wie sollten sie nicht von φέρειν benannt sein? Ich gestehe, dass mir jetzt alle früher etwa gehegten Zweifel an dieser Herleitung geschwunden sind. Auch das bekannte ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβεῖν passt gut dazu, es hiess wohl ursprünglich „beim Forttragen selbst". Genau betrachtet gelangen auch begriffsverwandte Wörter wie λῃϊστή̓ρ von W. λαν, λαF (vgl. ἀπολαύειν, *lûcrum*), κλέπτειν und goth. *stilan* erst indirect zu ihrer specifischen Bedeu-

tung, so gut wie unser entwenden, entfremden und ähnliches. Dürfen wir danach φώρ, *fûr* als eins jener nicht allzu zahlreichen gräcoitalischen Wörter betrachten, die nach Laut und Begriff sich decken ohne dass an Entlehnung gedacht werden könnte, so gewinnt dies Wörterpaar dadurch noch ein besondres Interesse.

Druck von C. P. Melzer in Leipzig.

DE

DIALECTO LOCRENSIUM.

SCRIPSIT

FRIDERICUS ALLEN.

OHIONENSIS.

§ 1.

Praemonenda.

Locridem tripartitam plerique veteres ferunt: unam gentis partem in extrema Italia meridiana habitare ad montem Zephyrum unde nomen acceperint Epizephyriorum, alteram, et Ozolas et Hesperios vocatos, regionem incolere ad sinum Corinthiacum sitam inter Aetoliam Phocidemque, tertiam Maliacum sinum et mare Euboicum attingere: hos plerumque Epicnemidios scriptores dicunt a monte Cnemide: princeps eorum urbs Opus fuit. Satis constat hos omnium Locrorum antiquissimos fuisse, eorum Ozolas fuisse *ἀποίκους*, Ozolarum Epizephyrios.[1]) Sic Pindarus, Ol. 9, 20, Opuntem vocat *ματέρα Λοκρῶν*: eadem *μητρόπολις Λοκρῶν* dicitur in epigrammate cippi Thermopylaei apud Strabonem 425. Quae divisio satis antiquo tempore facta esse videtur, nam septentrionalibus Locris praeter nomen vix quidquam cum Hesperiis commune erat: hi in bello Peloponnesiaco Atheniensium partes, illi Lacedaemoniorum sequebantur, (Thuc. III 95, II 9), nec possumus ex eo, quod Homerus, Il. *B.* 535, nullos nisi *οἳ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης* novit Locros, pro certo colligere colonias nondum illo tempore inde deductas fuisse.

At Locrorum septentrionalium ager, si fides Straboni habenda, in duas partes diremptus erat intercedente Phocensium urbe Daphmunte; quae partes nomine quoque interdum distinguuntur. Eustathius ad Dionys. Perieg. 426

1) Strabo 427: *οὗτοι* (Hesperii) *μὲν οὖν ἄποικοι τῶν Ἐπικνημιδίων εἰσίν, οἱ δ' Ἐπιζεφύριοι τούτων.* Cf. eundem 259, et Schol. Il. *β.* 527.

quatuor statuit tribus Locrensium: *τρία μὲν ταῦτα τοὺς Ὀπουντίους καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους καὶ τοὺς Ὀζόλας· τέταρτον δὲ τοὺς Ἰταλικούς.* Accedit Etym. Magn. sub voce *Ἐπικνημίδιοι*: *Λοκρῶν οἱ μὲν Ἐπικνημίδιοι οἱ δὲ Ὑποκνημίδιοι ὀνομάζονται ἀπὸ Κνημῖδος τοῦ ὄρους.* His comparatis facile quis adducatur ut Opuntios Hypocnemidiosque pro uno et eodem populo, Epicnemidios autem pro altero habeat. Praeterea, quum nusquam alibi apud scriptores inveniatur nomen istud Hypocnemidii, nunc tamen in titulo infra excutiendo ita legitur ut fidem faciat Hypocnemidiorum, quiqui fuerint, caput fuisse Opuntem. Denique habemus Strabonis testimonium, 416: *οἱ δὲ ἕτεροι* (i. e. septentrionales Locri) *δίχα πως καὶ αὐτοὶ διῃρημένοι, οἱ μὲν Ὀπούντιοι* (*καλοῦνται*) *ἀπὸ τῆς μητροπόλεως, ὅμοροι Φωκεῦσι καὶ Βοιωτοῖς, οἱ δὲ Ἐπικνημίδιοι ἀπο ὄρους Κνημῖδος, προσεχεῖς Οἰταίοις τε καὶ Μαλιεῦσιν.* Idemque paulo supra: *ὁ γὰρ Λαφνοῦς ἦν τότε τῆς Φωκίδος σχίζων ἐφ' ἑκάτερα τὴν Λοκρίδα καὶ μέσος ταττόμενος τοῦ τε Ὀπουντίου κόλπου καὶ τῆς τῶν Ἐπικνημιδίων παραλίας· νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστὶν ἡ χώρα*: similiter 425.

Attamen tanto alioquin consensu Epicnemidios et Opuntios pro eisdem scriptores proferunt, ut dubitatio oriatur num haec nominum distinctio antiquitus vulgo fieri solita sit. Primum ipse Strabo sibi parum constans universam hanc partem Locrensium haud raro Epicnemidios nominat: 424, 427 etc. Pausanias, X, 8, 2, ubi enumerat gentes quae ad concilium Amphictyonicum convenerint, post Phocenses memorat *Λοκροὺς τῇ Φωκίδι ὁμόρους ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι*, at quis credet Opuntios hic excludi omnium principes? Idem Pausanias X, 1, 1 Opuntem et Cynum in Epicnemidiorum oppidis diserte adnumerat.[2]) Iterum Opun-

2) *Τὰ πρὸς τοῦ Λαμιακοῦ κόλπου Λοκροί σφας* (i. e. Phocenses) *παραθαλασσίους οἱ Ἐπικνημίδιοι κωλύουσι εἶναι: οὗτοι γὰρ δή εἰσιν οἱ ταύτῃ τὴν Φωκίδα ὑπεροικοῦντες. Σκαρφεῖς μὲν τὰ ἐπέκεινα Ἐλατείας, ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας οἱ πόλιν τε Ὀποῦντα καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον.*

tem Epicnemidiorum urbem esse auctor est Stephanus Byzantius s. v. *Ὀπόεις;* haud secus Plinius Hist. Nat. 1, 12, ubi ait: „Locri deinde Epicnemidii cognominantur olim Leleges appellati per quos amnis Cephissus defertur in mare. Oppida: Opus, unde et sinus Opuntinus, Cynos.“ Schol. Pind. Ol. 11, 13: *γένη γὰρ Λοκρῶν εἰσι τρία, Ἐπιζεφύριοι, Ὀζόλαι, Ἐπικνημίδιοι, τούτων οἱ μὲν Ἐπιζεφύριοί εἰσι Λοκροὶ ἐν Ἰταλίᾳ, οἱ δὲ Ὀζόλαι πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ, οἱ δ' Ἐπικνημίδιοι πρὸς Εὐβοίᾳ, ὅθεν ὁ Ὀϊλέως Αἴας.* Idem testatur Schol. Il. *B.* 527: *Λοκρῶν νῦν μέμνηται τῶν Ἐπικνημιδίων καλουμένων· οὗτοι γὰρ ἀντικρὺ τῆς Εὐβοίας τὴν οἴκησιν πεποίηνται οἱ ὑπὸ Αἴαντι ὄντες· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Λοκροὶ ἐπικαλούμενοι Ὀζόλαι . . . . . τούτων δὲ ἄποικοί εἰσιν ἕτεροι Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι καλούμενοι,* etc., quibus consentit Schol. Thuc. III 89: *τρεῖς Λοκρίδες εἰσίν· αὕτη τε ἡ τῶν Ὀπουντίων, καὶ ἡ τῶν Ἐπιζεφυρίων, καὶ ἡ τῶν Ὀζολῶν.* Polybius insuper, XII, 11 (Dind. 12), 2, duas tantum in Graecia memorat Locridas. Etiam Herodotus ubi narrat (VII, 203) Thermopylis adfuisse *Λοκροὺς τοὺς Ὀπουντίους παντστρατιῇ καὶ Φωκέων χιλίους* vix cogitabat de Opuntis tantummodo incolis, quum altera Epicnemidiorum pars tanto propior esset.

Videmus igitur usum nominum minus esse constantem, immo Locros septentrionales, licet parvo intervallo in duas partes divisi essent, nihilominus moribus institutis societate tam arte inter se fuisse conjunctos ut pro uno populo haberentur cujus caput Opus (*ἡ τῶν Λοκρῶν μητρόπολις τῶν Ἐπικνημιδίων,* Strab. 416, esset: ita fieri ut modo universa gens vel Epicnemidii vel Opuntii nominetur, modo, discrimine nominis propter agrum diremptum facto, ei qui propius montem Cnemidem incolebant Epicnemidii *κατ' ἐξοχήν*, ceteri Opuntii vocentur. Aliquanto incertior manet usus nominis Hypocnemidiorum, quos eosdem fuisse atque Opuntios nolim cum Oeconomida qui edidit titulum, confidenter affirmare. Si totus eandem populus ab uno monte appellationem duxit, nil mirum: at minus probabile unam populi

partem nomen quo ab aliis distingueretur a monte accepisse eorum agro non adjacente. Testimonium Etymologi parvi pendo, quoniam id ita intelligi potest ut appellationes ad vicinos montis referantur. At potius suspicor Hypocnemidios nomen aut eodem atque Epicnemidios, aut paulo latiore sensu usurpari, nempe ut signentur eo nomine omnes septentrionales Locri.

Utut res sese habet, nobis tantummodo de lingua quaerentibus satis erit statuisse Hypocnemidios quorum de titulo agetur, fuisse eorum Locrensium qui ad septentriones incolebant.

Hesperiorum sive Ozolarum celeberrimae erant urbes Naupactus et Amphissa, haec sita in plaga orientali, illa in extremo occidenti ad sinum Corinthiacum. Naupactum ab Ol. 81, 2 usque ad Ol. 94, 3 possidebant Messenii ab Atheniensibus acceptam: tum Ozolis reddita est: cf. Thuc. I, 103, Paus. IV, 24, 26. X, 38. Nobis sunt notandae Oeanthea et Chaleum, quae civitates in littore Crissaei sinus erant: hujus propriam formam *Χάλειον* esse multae inscriptiones testimonio sunt, licet Steph. Byz. scribat *Χάλαιον*, auctorem Hecataeum proferens, quem secutus etiam Plinius, Hist. Nat. 4. 3, urbis Chalaei mentionem facit.

§ 2.

De fontibus.

Quo tempore eximius ille vir Henricus Ludov. Ahrens de dialectis Graecis scribebat, fontes ex quibus posset cognitio linguae Locrensium derivari satis exigui erant. Nam quum Locrorum, gentis litteris minime deditae, scriptores, si unquam fuerunt, ne minimum quidem popularis linguae specimen nobis propagarint, neque glossographi qui tot verba singula praebent a multis dialectis sumpta, de Locris quidquam mentione dignum tradant, nihil reliqum fit nisi

inscriptiones: earum quas ille noverat adeo corruptae et mutilae sunt, ut aegre sufficiant ad Strabonem redarguendum, dicentem Aolice Locrenses locutos esse.

Hae omnes in Corp. Inscr. Vol. I. continentur; Ionicis litteris expressae et manifesto ad recentem aetatem referendae. Quae tantummodo communis dialecti formulis conceptae sunt, omitto. Ceterae nihil exhibent nisi modicum Dorismum vulgaribus formis permixtum: has quales sunt, tametsi raro nobis usui erunt, enumerabo omnes.

1. In fronte lapidem pono cui C. I. numeri 1567, 1594, 1607 inculpti sunt. Tres continet titulos, duos ampliores, quorum alter decretum proxeniae, alter manumissio est. In utroque agitur de civitate *Χαλείῳ*, unde aperte originem traxere. Has inscriptiones Boeckhius egregio errore *Χαλίᾳ* Bocotorum urbi tribuit, ipse miratus quod demiurgi, magistratus Boeotis ignoti, mentio fit.[3]) Ahrensius primus ad Chaleum Locrensium optimo jure titulos rettulit. Nihil enim exhibent proprietatum dialecti Boeoticae, praeterea forma nominis *Χάλειον* et commemoratio Aegei et Amphissae, urbium Chalei vicinarum, omnem dubitationem tollit.[4]) Dorica servarunt hi tituli haud pauca: *ᾱ* pro *η* in decl. I, *πόλιος*, *νασιώτα*, *Ἀλεῖος*, *εἰράνας*, *εἶμεν*, *φυλάσσοντι*, etc.; recentiora sunt *Χαλειῶν* (semel tamen *Χαλειέων*), *Λαοδικῆ* contracta, tum *δαμιοργέοντος*, et *κατὰ τὸ σύμβολον*, fortasse etiam *ἔγκτησις*, (cf. *ἔνκτασιν* in simili decreto Delphico apud Wescher et Foucart, No. 10, et *ἔγκτασιν* Corcyr., Franz. El. Ep. pag. 217, C. I. 1841, 1842, 1844: temerius Ahrens, Dor. 131: cf. quae disputabo infra § 5, 2.), *ι* subscriptum ubique expressum. Gen. sing. decl. II in *ον* desinit. Tituli aetas medium vel exiens quartum a. Chr. nat. seculum nullo modo superare potest.

---

3) Ut difficultas removeretur, supplevit ille *ἐ[ν Αἰγίῳ δὲ δα]μιοργέοντος*. Nunc placet *ἐ[πι-δα]μιοργέοντος* legere.

4) De loco ubi lapis repertus esse fertur, cf. Ross, „Alte Lokr. Inschr.“ etc. pag. 11. Is quidem negat ullum esse *Χαλίαν* oppidum.

2. C. I. 1752, titulus Opuntius, decretum proxeniae, valde lacerum. Litt. *ν* pro *γ* nasali est in *ἐνγόνοις*. Si credere licet ei qui ductus exscripsit, bis exhibetur *ω* pro *ου* in gen. sing. decl. II, magnum documentum antiquitatis, tamen scriptum est *Ὀπούντιοι*. Quarto a. Chr. nat. seculo fortasse erit tribuendum.

3. Throniense proxeniae decretum, C. I. 1751, hoc recentius videtur; habet tamen Dorica *δᾶμος* et *ᾱ* in decl. I, sed gen. sing. decl. II exit in *ου*, et *γραμματέως* prorsus Atticum est.

4. Naupactii tituli, C. I. 1756, 1757, 1758, misera negligentia traditi. Pauca Dorica, ut *Στασία*, *ματρός*, *στρατηγέοντος*, *θεαροῦ*, *προαποδότας*, et contra *Ἀντιφάτης*.

Talibus nisus adjumentis, nil mirum si Ahrensius id tantum statuere ausus est, quum alios vicinos populos, tum Locrenses miti usos esse Dorismo pauca singularia praebente: quin etiam videtur nondum omni vacare dubitatione an hic Dorismus antiquiori Aeolicae stirpi insitus fuerit. Nunc autem, repertis duobus titulis valde antiquis, satis amplis, puram integramque populi dialectum exhibentibus, altero australium altero septentrionalium Locrorum, cognitio nostra adeo aucta est ut vix de ulla parte Doridis, excepta Heracleensium lingua, accuratius judicare liceat.

5. Prior eorum est foedus inter urbes Chaleum Oeantheamque ictum, exaratum in utroque latere tabulae aeneae, primum editum Corcyrae anno 1850 ab I. N. Oeconomida sub titulo *Λοκρικῆς ἀνεκδότου ἐπιγραφῆς διαφώτωσις*, denuo a Rossio Lipsiae 1854 *(Alte Lokrische Inschrift von Chaleion oder Oeantheia)* adjectis Oeconomidae adnotationibus, et a Rangabeo in Antiquités Helleniques, II, 356*b*, qui omnes tabulis lithographicis speciem monumenti accurate repraesentant. Minusculis expressit argumentumque tituli egregie explicavit A. Kirchhoff in Leutschii Philologo, vol. XIII. Noveni sunt versus in utroque latere, ad dextram progredientes: ductus satis antiqui, sed accurate et distincte incisi, ut vix usquam de scriptura dubitari possit: notandum tamen

opus a duobus sculptoribus confectum esse; incipit altera manus ab extremo latere adverso. Verba interdum triplici aut duplici puncto divisa sunt, sed hoc non fit constanter. Dialectus Dorica, nonnulla memorabilia praebens. Digamma frequentatur, sed koppa deest. Nulla legitur de formulis initialibus a quibus ejusmodi tituli exordiri solent, immo statim primo lateris adversi vocabulo signum interpunctionis praepositum est, unde Rossius jure observavit exordium inscriptionis deesse; atque Kirchhoffius dubitat num latus aversum in ordine paginarum proxime post adversum legendum fuerit. Agitur de rebus judicialibus, imprimis de jure *συλίσεως* quod sit concessum et Oeantheensi et Chaleensi contra peregrinum intra fines utriusque civitatis, simulque de causis a peregrino in civem instituendis propter *σύλησιν*, tum de poena a cive sumenda si *σύλησιν* injuria exercuerit, de judicibus apud quos causa sit agenda, de proxeno mendace multando: in altera parte exponitur de judicibus suppletoriis eligendis si aequalis suffragiorum in re peregrina divisio fiat, denique de causis inter cives utriusque urbis agendis. Reperta est haec tabula Oeantheae, quae nunc est Galaxidi.

6. Alter titulus, eodem loco effossus, Hypocnemidiorum est, Opunte probabiliter confectus. Agit de colonia vel coloniis ex Hypocnemidiis urbibus Naupactum deducendis: jura statumque colonorum quantum pertinet ad patriam civitatem praescribit, conditiones quibus eis in patriam redire liceat. Prodiit in lucem Athenis anno 1869, titulum ferens *Ἐποίκια Λοκρῶν γράμματα*, ab eodem Oeconomida editus ac copiose illustratus, accedentibus duabus tabulis lithographicis. Minusculis iterum edidit G. Curtius in horum studiorum vol. II, pag. 441, paucis refectis, brevibus subjectis adnotamentis. Quum contra Curtii mutationes, tum adversus censuram Bursiani in Zarnckii Centralblatt, die 29 Januarii hujus anni vulgatae, respondit Oeconomides in ephemeride Tergestina quae *Κλειώ* inscribitur, dieb. 19 Martii, 2 et 9 Aprilis. Tabula

aenea est, sed illa multo grandior, versus in fronte habens viginti quinque, in altera parte viginti duos. *F* constans est, nec minus ♀. Formae litterarum ratioque scribendi in universum cum altero titulo congruunt, sed propter superficiei asperitatem scriptura rudior est; quin Oeconomides etiam ait se vestigia agnoscere prioris inscriptionis olim deletae ad novas accipiendas litteras. Praeterea opificem produnt imperitum vitia haud pauca: v. 2, *λ* omissum in voce *ὁπλόξενον*; v. 7, *καταλείπον τα* divisim pro *καταλείποντα*;[5] v. 11, *ἀπωντίων* pro *ἀπ᾽ Ὀπωντίων*; v. 17, *εἶεν* pro *εἶμεν ἐν*; v. 21, *τοῖ* pro *τοῖς*; v. 22, *Ναυπάκτις* pro *Ναυπάκτιος*, et *γένητει*, ut videtur, pro *γένηται*; v. 33 *Fέος* pro *Fέτος*; v. 39 *Ὀπωντίων* pro *Ὀπωντίων*; v. 40 *ΝαFπακτίων* pro *Ναυπακτίων*; v. 45, *ψάφιξξιν* pro *ψάφιξιν*; tum v. 35 est locus adeo confusus ut nequeat pro certo enodari. Cetera quae correctione egent partim ad vitiosam pronuntiationem, partim ad damnum quo tabula affecta est referre licet. Titulus per novem transverse positas litteras in decem partes divisus est. Vocabula nonnusquam triplici puncto separata. In dialecto multa singularia habet cum foedere Chaleensi communia.

Aetate hae duae inscriptiones manifesto haud longe inter se distant. Digamma tam constanter scriptum non summam arguit vetustatem, nam convenit hanc litteram apud remotiores gentes diutissime in sermone haesisse. Ambas ad quintum a. Chr. n. seculum recte existimabis pertinere. Foedus Oeantheense vel Chaleense censet Kirchhoffius circa initium belli Peloponnesiaci exaratum esse. Alter titulus ad paulo antiquius tempus referendus videtur, non tantum propter ♀ usurpatum, hoc enim discrimen poterat loci potius quam temporis esse, quam quod Naupactus inde ab anno 455 usque ad 401 Messeniorum erat, intra quos 54 annos

5) Sine dubio quadratarius, immemor contextus totius loci, falso legit ex scheda quam describebat *καταλείπων τὰ ἐν τᾷ ἰστίᾳ*: vide locum.

vix cogitari posse de colonia eo deducta jure observavit Oeconomides. Itaque ante Ol. 81, 2 videtur incisus esse.

In citandis his titulis, priorem, quum minus constet Chalcine an Oeantheae sit, litteris *Oz.*, alterum *Hyp.* designabimus.

7. Postremo non debeo oblivisci duas breves inscriptiones in ruderibus Locrorum urbis Italicae repertas,[6] C. I. 5769, in vase, *ΑΝΕΘΕΚΑΝΤΑΙΘΕΟΙ*, *ἀνέθηκαν τᾷ θεῷ*: C. I. 5769, *b*, in statua parva aenea *ΦΙΓΝΟΣ*. Sunt satis antiqua, sed a Locris ducere originem non ausim affirmare.

§ 3.

De litteratura.

1. Formae litterarum, quas antiquae exhibent inscriptiones, hae sunt:



6) C. I. 5770, ibidem effossum: *καλὴ δοκεῖς* in vase, Atticum videtur esse.

Communes utriusque tituli formas simpliciter depinxi; ubi discrepant sive tituli, sive manus tit. Oz., id indicavi, significat *H* Hyp., O^1 Oz. primam manum, O^2 secundam. Ductus litterarum *ϑ*, *κ*, *φ* paulo antiquiores apparent in Hyp., contra *γ* utitur specie aliquanto recentiore quam in Oz. Signum +, quod *ξ* valet, praeposui *φ* in ordine litterarum, sequens vasculum Caerense, (C. I. 8342), cf. Kirchhoff, *Studien zur Geschichte des Gr. Alphabets*, pag. 129. Alphabetum non graviter differt ab eis quae vicini populi Phocenses Boeotique usurpabant: duo tamen habet unica, formas litterarum *ψ* et ϙ. De illa exposuit Kirchhoffius, l. c. pag. 92. Haec nuper demum innotuit; forma certe secundaria est. Eo memorabilius est ϙ tam copiose (quater et quadragies) in hoc titulo scriptum esse, quod haec littera in nulla alia septentrionalis Graeciae inscriptione exstat.

2. De usu litterarum pauca sunt monenda. Jam notum est ϙ sonum indicare gutturalem in posteriore parte oris effectum, qualis audiri solet ante fuscas vocales: hic sonus est quasi magis gutturalis quam is qui ante clariores vocales pronuntiatur, nam k in syllabis *ka*, *ke*, *ki* propius accedit ad palatales consonas. Itaque prisci Graeci ϙ constanter ante *o* scribebant; interdum etiam ante *υ*, sed hoc raro fit quia *υ* valde antiquo tempore sonum suum assumpserat tenuiorem. Postea, magis, opinor, quod distinctionem scripturae inutilem duxere, quam quod pronuntiationem mutassent, paulatim recedebant ab hac consuetudine. Multo saepius ϙ praecedit *o* quam ceteris vocalibus, ut in *Πέλε-ϙος*, C. I. 5126, *ϙολοφώνιος*, Kirchhoff. Stud. Gr. Alph. pag. 33; *Καλιϙόμη*, Gerhard Vasenbilder II, Tab. 107; *Θαρρύμαϙ'ος* (= *χος*) Kirchh. l. c. pag. 41; *Μαληϙο-*, Ther. Franz. El. Epigr. pag. 51; *ϙόρυνος* ibid., cf. Kirchh. l. c. pag. 44; — *ϙον* — Par. Kirchh. l. c. 57; *γλαυϙώπιδι ϙούρῃ*, Att. Kirchh. l. c. pag. 70; *ϙορινϑόϑεν* C. I. 29 (similiter nummi Corinthii); *Λυϙοδόρκας*, C. I. 166; *Πάϙων*, C. I. 7; *σύϙῳ* C. I. 5435; *Συραϙουσίων* in nummis; *ϙοῖος* C. I. 31; *ὅρϙον* C. I. 37; *Θύνισϙος* in securi aenea, Bullet. Napol.

1853, pag. 137; *Δημόδοϙος*, *Γλαῖϙος*, *Γλ[α]ῖϙος*, *Λεώδοϙος* in vasis Chalcidicis, Kirchh. l. c. pag. 111, *ϙόραε* in vase, Ann. del inst. Arch. VIII. 2. et si qua alia ejusmodi exempla exstant. *ϙ* scripturae non novi exempla nisi *ϙίϙνος* C. I. 7611 et *λίϙιθος*, C. I. 8337, quae ambo Kirchhoffio judice Chalcidica sunt. Hic mos scribendi indicare videtur vetustiorem vocalis *ι* sonum, qualis certe apud Boeotos inveteravit. ϙ ante clariores vocales nusquam quantum scio reperitur nisi C. I. 32, *ϙειρίλεω* et *ἔϑηϙε*.

In titulo Locrico discrimen inter *ϰ* et ϙ tam constans est ut ne semel quidem quadratarius a certa norma discedat: ϙ est ante *ο*, *ω*, *ου*, *οι*, *ϰ* ante ceteras vocales: *ἐπίϜοιϙος* sed *ἐπιϜοικία*, *ἐπιϜοικέοντος*.

Ante consonam liquidam vel nasalem ϙ interdum videmus, modo illam *ο* (*υ*) statim sequatur. Sic ubique in nostro titulo *Λοϙρός*, (sed *ϰρατεῖν*): comparanda *ϙίϙνος* supra memoratum, et *ϙυτώ*, C. I. 7381; *ϙύτιος*, 7382, etiam hoc in vasis Chalcidicis. Num Locri ut *ϙρο*, sic *ϙλο ϙνο* scripserint, haud liquet.

Denique unum exemplum exhibet ϙ ante consonantem mutam: *Ἔϙιωϙ* in vase Musei Gregoriani, cf. Ahr. Dor. 88; quam formam Oeconomides frustra in dubium vocat: ipse monumentum inspexi. At hanc scribendi rationem a Locris alienam fuisse docet scriptura *Ναύπακτος*.

In disserendo de dialecto, quum nolim insolitum inducere signum, dabo pro ϙ simpliciter *ϰ*.

Signum *H* denotat spiritum asperum. *E*, *O* valent et *ε*, *ο* et *η*, *ω*. Paulo incertius num haec unquam per *ει*, *ου* transcribere liceat. Titulus Oz. *OY* non continet, neque *EI* nisi in *Καλειεύς* etc. Contra gen. sing. et acc. pl. decl. II per *O ΟΣ*; infin. act. per *EΝ* scripti. Illa omnes qui ediderunt hunc titulum *ω*, *ως*; hoc *εν* scripsere, etsi Rossius et Kirchhoffius dubitabant. Nunc autem licet titulum Hyp. comparare. In hoc distinctio inter *O* et *OY* certa est. Genetivus sing. decl. II, sicut in priore habet *O* sed acc. pl. semper exhibet *OYΣ*, infinitivus *EIΝ*.

Ili tituli manifesto aut scribendi ratione aut dialecto inter se differunt. Illud probabilius mihi videtur: censeo igitur in tit. Oz. *E* in infin. verbi barytoni per *ει*, *OΣ* in acc. pl. per *ους*, contra *O* in syllabis contractis per *ω* esse reddendum.

§ 4.

De vocalibus brevibus.

1. Duriorum vocalium, *A E O*, priscis populis Indogermanicis *α* tantummodo notam fuisse, eamque, si brevis esset, in Graeca lingua modo servatam modo in *ε* aut *ο* mutatam esse, jam pervulgatum est. Simili modo ex ā Indogermanorum triplex ortus est sonus, *ᾱ*, *η*, *ω*. Sed lingua in mutandis longis et brevibus vocalibus non prorsus eandem viam ingressa est: illarum in permutationibus indoles uniuscujusque dialecti magis valet. Nam licet nulla Graecismi pars hac affectione intacta sit, tamen in sono longo attenuando semper praeit Ionicus sermo, ceterae dialecti maximeque Aeolicae amantiores antiqui *ᾱ* sunt, neque exemplum novi in quo Iones obtinuerint primitivum *ᾱ*, cujus vice apud Dores vel Aeoles *η* vel *ω* fungatur. Brevium autem vocalium non tam constans est ratio; mutationes minus certa lege adstringuntur; quum dialecti tum ipsae dialectorum partes gravius inter se discrepant. Ut vero universe loquar saepissime mutant *ᾰ* Iones et ea pars Aeolum quae complectitur Lesbios Cyprios Arcadas: sequuntur Boeoti et Thessali; Dores cum Eleis pristini soni praeter ceteros diligentes sunt. Tamen Ionicum est *μέγαθος* [7]): Lesbiaca dialectus sola habet *ὑπά* sed permulta mutat: *κέ*, *κρέτος*, *θέρσος*, *στρότος* [8]), *ὄν* (*ἀνά*); etiam plura Cyprica et Arcadica: *ἔῤ* (*ἄῤα*), *δέλλω* (*βάλλω*). Contra paulo firmiores

7) Fortasse etiam Doricum, Ahr. Dor. 116.
8) Etiam Thessalicum.

Boeotorum Eleorumque dialecti, haec una omnium praebet nobis antiquissima *Fάργον*, *πάρ* (*περί*).

At Dores etsi in *τέτορες ἀβλοπές* (Cret.) *ποθαρός* initium fecere mutandi, tamen saepius quam alii *ᾰ* servabant: ut ea praeteream quae ad unam tantummodo partem Dorismi pertinere videntur, qualia *ἄναιρον* pro *ὄνειρον*, *ἀέρσα* pro *ἐέρσα* Cretensium, *-ασσι* dat. pl. Heracl., universae Doridi ubi pura praevalebat, haec inter alia licet tribuere: *Ἀριαμις*, *ἄιερος*, *γά*, *ἰαρός*, *κά*, *σκιαρός*, *τάμνω*, *τράπω*, *τράφω*, (probabiliter etiam *τράχω*, *στράφω*) *-θα* (Att. *-θεν*), *-τε* (Att. *-κα*), ubi vulgaris dialectus *ε*; *-κάτοι*, *εἴκατι* ubi vulgo *κόσιοι* (Arc. *-κάσιοι*), *εἴκοσι*.

His et aliis jam aliunde notis nova quae sequuntur exempla litterae *ᾰ* pro vulg. *ε* suppeditant Locrensium monumenta.

ἀμάρα (Oz. 5, Hyp. 42, 33); cf. Pind. *ἆμαρ*, Hom. *ἦμαρ*, Dor. vulg. *ἀμέρα*.

ἀνφόταρος (Hyp. 39), vulg. *ἀμφότερος*.

Fεσπάριος, (Hyp. 10), pro *ἑσπέριος*.

πατάρα, (Hyp. 36), pro *πατέρα*: cf. dat. pl. *πατράσι*.

φάρειν (Hyp. 5, 10), pro *φέρειν*: cf. *φαρέτρα*, *ἰσοφαρίζειν*, Hesychiana *αὐτοφαρίζειν* et *ἀντιφαρές*, tum *ἀντιφάρα* Syracusanis tributum ab Etym. mag. 114, 19. Denique traditum est ipsum *φάρειν*, Etym. mag. l. c.,[9]) et Ann. Oxon. 1, 83, 22: quae forma a suspicione Ahrensii (Dor. 119) qui putat eam a grammaticis fictam esse, nunc satis vindicatur.

Addiderim etiam *ἀρέσται* (Hyp. 32, 33) quod pro aoristo verbi *αἱρέω* habeo.

Jam videris haec omnio *ᾰ* pro *ε* exhibere ante consonam *ρ*, quam saepenumero valere ad servandum antiquum *α* notat G. Curtius in libello „*Ueber d. Spaltung des A-*

9) . . . . . *τὸ φέρω ὃ Δωριεῖς φάρω λέγουσιν, ὡς τέμνω τάμνω, καὶ τρέπω τράπω.*

Lautes“, [10]) pag. 14. De *ἀμάρα* dubitari vix potest. At mihi de ceteris statim statuenti Dores continua traditione ab antiquissimo tempore hoc *ᾰ* accepisse, duo sunt quae forsitan quispiam objecerit. Primum id quod Ahrensius scripsit, Dor. 119, de verbis *τράπω*, *τράφω*, *στράφω*, *τράχω*, quod aeque ad nostrum *φάρω* pertinet; sese dubitare an Dores rudiore pronuntiatione *ε* in *α* corrupissent contra genuinam linguae indolem; derivata *τρόπος*, *τρόφος* etc. postulare praesentia *τρέπω*, *τρέφω* etc. Quod si verum est, non debebat vir ornatissimus concedere verbi *τάμνω* antiquitatem, nam etiam hic habemus *τόμος* (*τάμνω* et *ἄντομος* compluries in tabulis Heracl.). Tamen opus erat id concedere, quis enim credat — nam *τάμνω* est Herodoteum — et Dorienses et Ionas, immo enimvero Athenienses (*ἔταμον*) istam rusticitatem uno consensu affectasse, ac non potius antiquam vocalem in radice haesisse? Quin etiam *τράπω* Ionicum est aeque ac Doricum: neque quod Lesbii dicebant *στρόφω* sumemus id ex *στρέφω* sed potius ex *στράφω* ortum esse. Non concedimus derivativa qualia *τρόφος* etc. semper praesentibus per *ε* scriptis egere. Nam habemus *βόλος* cujus praesens *βάλλω* est; *δρόμος*, *δέδρομα*, quamquam nulla alia radicis forma exstat nisi *δραμ*: tum *φθόνος* quod ego conjunxerim cum *φθάνω* ut sensus sit *aemulatio*, *rivalitas*, ab actione praevertendi sumptus, (simile quid agnosces in Germ. *Eifersucht*, cf. *ζηλόω*, *ζηλότυπος*); quibus addas si placet *ὄγκος* a rad. *ἀγκ*, Curtii Elem. Etym. Gr. pag. 126. Apparet *o* in his derivatis non ex *ε* exstitisse, neque vocabula derivata semper tum demum exorta esse postquam *α* praesentis in *ε* abiisset. Immo utrumque, *ε* et *o*, a communi vocali *α* profluxerunt. Tum fit ad meliorem significationis distinctionem ut, quum derivata vocalem fuscam assumant, praesens, quod plerumque aoristus futurumque sequuntur, in alteram partem vergens accipiat clariorem sonum *ε*, sed id non ea videmus constantia fieri quin inter-

10) Berichte der K. Sächs. Ges. der Wiss., 1864.

dum, praesertim juxta nasales et liquidas, vetus *α* in his illisve formis inhaereat: sic praeter exempla supra allata etiam *κτείνω* monstrat antiquiorem radicis speciem in aor. *ἔκταν* et Ion. fut. *κτανῶ*, *στέλλω* in *ἐστάλην*, necnon agnosco in *θεόδματος* (Ahr. Dor. 149) rad. *δαμ* pro *δεμ*. Cf. de his Curt. Etym. pag. 53. Non igitur voce *φόρος* adducor ut huic *φάρω* superiorem antiquitatem minus concedam.

Alterum argumentum positum est in comparatione linguae Latinae: *φέρω fero*, (Hib. vet. *biur*, 1 plur. *beram*), *πατέρα patrem* (ex *paterem*), *ἕσπερος vesper*, deinde quum *ἀμφότερος* sit forma comparativa, analoga sunt *dexter sinister* (Curt. Ueber Spaltung etc. pag. 24). Haec si quis spectat, fortasse colligat *φάρειν*, *πατάρα*, *Ϝεσπάριος*, *ἀνφόταρος* recentiori uti vocalismo. Sed displicet iste regressus litterae ε in *α*, cujus exempla in Graeca lingua non suppetunt. Excusationem, dixerit, habet propter *ϱ* consonam sequentem. Sed haec littera jam a principio aderat; si valeret ad revocandum *α*, quidni etiam ad servandum, ut factum est in multis vocibus, e. g. *κάρα cere-brum*, *οὖθαρ uber*, *πταρνίω sternuto*, *ἄρκτος ursus*, *ἦπαρ jecur* (*or*)? Multae radices quibus ε cum Latinis commune est, *α* in nonnullis formis servant, quod indicat eo tempore quo Italici a Graecis separabantur, has radices nondum ex toto ε sumpsisse, sed initium tantummodo mutationis factum esse: ut pauca ex magna copia exempla eligam: mansit semper *α* in *πατράσι ἀνδράσι*: *ἐρῶ ῥήτωρ* a rad. *Ϝερ* prodiere (*ver-bum*), sed *Ϝαρ* latet in El. *Ϝράτρα*: *μένος* congruit cum *mens*, sed radicem salvam praestant *μαίνω μανία*, *μάντις* etc., immo Lat. *maneo* non sequitur Gr. *μένω*: *per* concordat cum *περί*, sed *πάρ* est in tabula Elea: *plenus* significatione respondet Graeco *πλέως*, sed derivatione, quum sit part. pass., est artius cum *πιμ-πλά-ναι* conjungendum: radix *ten* communis est in *τείνω ten-do*, sed *ταν* conspicitur in *τιταίνω τέτανος*; conspirant *μείρομαι*, *μέρος* et *mereor*, sed *ἕμαρται* discrepat: quod ad *φάρειν* pertinet jam attuli *φαρέτρα*, *ἀντιφάρα*. Non opus concludere, si concedimus hujus *φά-*

ρειν et ceterorum antiquitatem, casu tantum fieri ut vulgaris Graecitas una cum Latina lingua *e* exhibeat. Nos rem ita explicamus: vocalem quae praecedit ϱ in his vocabulis jam ante linguas sejunctas labefactari coepisse ac paululum inclinari ad sonum tenuiorem,[11] hanc mutationem postea apud Latinos plurimosque Graecos praevaluisse, horum vero paucos, renitente littera ϱ, non deposuisse apertiorem vocalem. Nec mihi diversa ratione radices ταμ, τραπ, στραφ, τραφ uti videntur.

Perspexeris ex his Locricam dialectum praeter reliquum Dorismum antiqui ᾰ tenacem fuisse, idque maxime ubi ante ϱ vulgaris lingua ε ponit: nec dubitandum quin Locri cum ceteris Doribus ἰαρός vel ἰαρός dixerint; praeterea ἀνφότ-αρος fidem facit eos etiam ἄταρος, Ϝεκάταρος, σοφώταρος, etc. pronuntiasse, fortasse Ϝάργον cum Eleis. Consonans ϱ, quae omnino apertiores vocales amat, pristinum *a* tueri videtur. Analogiam quandam praebet Anglorum lingua, in qua litt. *a* ante *r* suam solet vim obtinere, ut in *far, lark,* quum ceteris sequentibus consonis maximam partem in alium quempiam sonum abierit. Haec consonantis ϱ propensio vim aliquam seu majorem seu minorem in quavis dialecto exercet,[12] in nulla tamen semper valet; ne Locrensium quidem linguam litterarum conjunctionem ερ prorsus respuisse docent πέρ (περί) Hyp. 22, 27, et μέρος ibid. 36, 44.

Ἀπωρτίων, Hyp. 11, quod est Oeconomidae pro Ὀπωρτίων, recte Curtius rettulit ad errorem sculptoris, cui ἀπ' [Ὀπ]ωντίων scribendum erat.

2. *E* vocalem ante ϱ jam dixi esse in μέρος et πέρ; in hoc vix aliud exspectabamus, nam ratio praepositioni περί cum παρά eadem est atque inter ἐπί et ἀπό, ἐνί et

11) Hujusmodi transitiones paulatim fieri solent: cf. Curt. Ueber Spaltung, etc. pag. 12 et 19.

12) Arcades qui attenuatas vocales magno studio affectabant, (cf. Gelbke de dial. Arcad. pag. 12 sq.) nihilominus dicebant ἐπιζαρέω (ἐπιβαρέω), quamquam δέλλω pro βάλλω et similia.

ἀνά intercedit. Vocalis admodum mature emollita est, insolentia enim ἀπί ἀνί sunt, πάρ (pro παρί) exhibet una tabula Elea. Contra ἀντί (cf. ἄντα) semper intactum α servavit.

Ceterum nihil singulare de ε notandum est, nam quod radix ἀρ (ἀρέω) simul ac ρ in λ vertit etiam vocalem (licet ἀλ exstet in Cret. ἀφαιλέω) attenuat, id cum vulgari ratione concordat:

3. O vocalis usu Locrenses a vulgari Dorismo non decedere videntur, neque ab Atthide nisi in *Κοθαρία* (Hyp. 22, 27) nomine urbis, et τέτορες. Illud si recte Oeconomides ab adjectivo καθαρός deducit, trahendum est ad κοθαρός, ἀνκοθαρίοντι in tab. Heracl., quibuscum conferenda Arcadica δεκόταν et ἐκοτόμβοια, C. I. 1513, necnon vulgaria εἴκοσι, διακόσιοι. Ahrensio ex Sanscrita radice *çudh* colligenti κοθαρός antiquius esse quam καθαρός (Dor. pag. 120) non possum assentiri: conspirat cum Graeca voce Lat. *castus:* aut vocalis in Sanscr. rad. ipsa emollita est ut in *bhuǵ*, aut cum Benfejo accipiendum est *kvadh* pro prisca radicis specie. Haec quidem fuscum vocalis colorem debere videntur consonae gutturali, in τέτορες autem, quod est universae Doridis, vim licet agnoscere, comparatis Lat. *quatuor*, Goth. *fidrôr*, praecedentis *F* non assimilati. Sic exhiberi possunt vocabuli mutationes tabula hujuscemodi:



Nam forma *τέττορες*, quae Lat. *quattor* aequiparanda esset, improbanda videtur: Ahr. Dor. 279.

4. De *ĭ* pristino quale est in *δίκα*, *τίς*, *ἰέναι* non est quod dicam. *I* ex *ε* (*α*) ortum deprehendimus in *Fίδιος*, (*Fιδιόξενος* Oz. 12), quod quin ad rad. *σFε* sit revocandum non dubito: praeterea in *ἰστία* pro *ἑστία*, quae forma Hyp. 7, 16 legitur: in hac voce *ι* jam satis notum est: Homerus habet *ἰστίη*. *Ἰστιαῖος* est percognitum nomen proprium (Her. tab. *Ἰστιέιος*), *Ἰσιαία* erat Atticus demus; Hesychius praebet *γιστία* et *γιστιᾶ*: testimonia quae ad Dorienses pertinent et inscriptionum et grammaticorum congessit Ahr. Dor. 121: qui etiam monet *ἑστία* non ignotum eisdem fuisse. *E* in *ι* mutatum propter duram vocalem sequentem, sicut in *θιός* (cret.) et *συκία* (Heracl.) alienum a Locris est.

5. Vocalis *ŭ* nil praebet memoratu dignum.

§ 5.

De vocalibus longis.

1. A productum antiquae originis conspicitur, secundum

indolem Doridis in finali syllaba decl. I, *δίκα* etc., deinceps in his singulis:

ἀμάρα, (Oz. 5, Hyp. 33, 42),
δᾶμος (Hyp. 4, *ἐπιδάμιος* Oz. 7, *δαμιωργός* Oz. 15),
καρύσσω (Hyp. 20, 21),
Κναμίς (montis nomine unde *Ὑποκναμίδιοι*),
μαχανά (Hyp. 12, 38),
πλάν (Oz. 4),
ψάφιξις (Hyp. 45);

postremo in *-δαν* terminatione adverbiali (*ἀριστίνδαν* Oz. 12, 16, cf. Ahr. Dor. 135).

Non huc refero *κοινάων* (Hyp. 4) gen. plur adjectivi *κοινάν*,[13]) Att. *κοινών*,[14]) de qua voce minus recte judicavit Gelbke, de dial. Arcad. pag. 17, quum compararet eum Dor. *πρᾶτος*. Censere ille quidem videtur *o* suffixum adjectivi *κοιν-ό-ς* alteri cessisse suffixo *ᾶν*, ex hoc fieri modo *ᾱν* modo *ων*. Sane licet fortasse similem quandam suffixi permutationem agnoscere in *κύφων* (*κυφό-ς*), *νεᾶν* (*νεϝ-ᾱν* pro *νεϝ-ο*) unde *νεανίας*, Ion. *νεηνίης*: atque ipse laudarem nisi obstaret cognata[15]) vox *ξενάων*. Nam si comparamus: *ξῡνό-ς*, *ξυνᾰ-ων*, *ξυνή-ων*, *ξυε-ών*, *ξενάν*, ——, *ξυνωνία*, *κοινό-ς*, —— —— —— *κοινάν*, *κοινών*, *κοινωνία*, manifestum fit utrumque contractione usum esse.[16]) Sunt igitur derivativa secundi ordinis, in quibus stirps *κοινο* *ξῡνο* novo accedente suffixo aucta est. Confer *φαρειρεών* (*φαρέτρα*) apud Herodotum. Nec dissimilia *παιά-ων*, *παιή-ων*, *παιάν*, *παιών*: *Ποσειδά-ων*, *Ποσειδέ-ων*, *Ποτειδάν*, *Ποσειδῶν* (*Ποσειδών* Herod. *περὶ μον. λεξ.* pag. 9, 3). Suffixum consonantem aliquam a fronte abjecit: fueritne *F*, ut in *Ἰά-Fονες*, *Ἴάονες*, *Ἴᾶνες*, *Ἰῶνες*, an j sicut in *Ἀλκμα-ίων*,

---

13) Pind. Pyth. III, 28 et inscr. Tegeat.
14) Xen. Cyrop. VII, 5, 35. VIII, 1, 25.
15) cf. Curt. Etym. pag. 495.
16) cf. Ahrens in Leutschii Philologo, Vol. XXIII, pag. 194, et Dor. pag. 199.

Ἀλκμᾱ-ων, *Ἀλκμέ-ων*, *Ἀλκμάν*, id dijudicare nolo in me recipere.

Productione, si vulgarem duntaxat spectamus rationem *ᾱ* ortum est in Opt. Aor. *συλάσαι* (Oz. 6), Inf. *καταστᾶσαι* (Hyp. 34), praeterea in *ἱβᾱτάς* (Hyp. 7.): contra in *μεταϝοικιάτας* (Hyp. 44), quocum conferas Ionic. *οἰκιήτης*, stirpi subst. *Ϝοικίᾱ* accessit simpliciter suff. *τα*: cf. G. Curtii libellum de nominum Gr. formatione, pag. 5.

Verum noli putare nos propter acc. *πατάρα* necessario cogi ut sumamus etiam nom. *πατᾶρ*. Memineris Graecos non ipsos nominativum a stirpe formasse: immo vero accepere ex communi haereditate longam in *patār* (sanscr. *pitâ(r)*), in *patăram* brevem vocalem: quid mirum si illam mutaverint hac paulisper servata? Et profecto forma *δικαστήρ* fidem facit Locros *πατήρ* cum ceteris Graecis pronuntiasse.

2. *H* quod est in suffixo *τηρ* (*δικαστῆρας* Hyp. 33), ita est intelligendum ut natum sit ex *ᾱ*, id tamen tam antiquo tempore factum esse ut nusquam apud Graecos *τᾱρ* sonaret. Nam Dorica et Aeolica monumenta aeque atque Ionica quum *σωτήρ*, *κρατήρ*, tum *δικαστήριον*, *σωτηρία*, *ἐπικριτήριον* et similia adhibent, de quibus consulas Ahr. Aeol. 87, Dor. 145. Quod ille existimat hoc *η* ab *ε* originem habere, id mihi non persuadet. Nam si comparantur Sanscr. *dâtâr-am*, Gr. *δοτῆρ-α*, Lat. *datōr-em*, apparet productam vocalem jam ad Indogermanicam aetatem pertinere. Attamen non est neganda artissima suffixorum *tār* et *tăr* affinitas, ut patet ex Sanscr. loc. *dâtări*, Gr. fem. *δότειρα*, i. e. *δοτερ-ja*; necnon ex stirpibus in *τορ* (*οἰκήτορος* = *οἰκητῆρος*); si vis cum Schleichero *tār* a *tăr* per productionem deducere, nil moror: hoc tantum ago, productionem jam antiquitus factum esse, tum in Graeca lingua *tār* in *τηρ*, *τωρ* (Lat. *tōr*), *tăr* in *τερ*, *τορ* abiisse. Notandum est illud *δικαστήρ* pro *δικασής*, quod Ahrensius ad explicandam formam *δικασιήριον* desiderabat, nunc praesto esse. Permutantur haec suffixa inter se in *ὀρχηστήρ-της*, *ἀθλητήρ-της*, *αὐλητήρ-της*, *ἰκτήρ* (Cret·

ἰβυκτίρ) *ἰυκιά*, *οἰκητίρ - τίς*. De opinione Boppii,[17]) qui censet hoc *τᾱ*, Ion. *ιη*, ipsum exortum esse ex *τᾱρ*, *τιρ*, nolo nunc uberius disputare, quamquam confiteor me potius inclinare ad sententiam Pottii et Schleicheri[18]) permutationem agnoscentis suffixorum origine distinctorum, praesertim quum vis suffixo *τᾱ* aliquanto latior videatur inesse, ut non verbis solum verum etiam nominibus addi possit: *ἱππό-της* (sed *ἱππευτής* ab *ἱππεύω*) *πρεσβύ-της*, *ναύ-της*, *οἰκέ-της* (a stirpe *οἰκο*, sed *οἰκητής* ab *οἰκέω*); huc referendum etiam *ἑ-της* a pronominali stirpe *σϝε*.

Sed non ubique *τιρ* pro *τᾱς* Locros adhibuisse discimus ex *ἰβαιάς*, *ϝοικητάς* (Hyp. 7. 17), *ἐπωμότας*, *ὁρκωμότας* (Oz.).

Non praetereundum erat *ἐνετίριον* (Hyp. 8, 9.) quod sic ab *ἐνετίρ* derivatum est ut *δικαστίριον* ab *δικαστίρ*.

Prorsus similis est origo vocalium thematicarum in conjunctivo productarum, quales in *δείλιται δείλωνται* (Hyp.) occurrunt, nam licet conjunctivi *η*, *ω* respondeant quodam modo *ε*, *ο* indicativi, tamen illarum productio Graeca lingua longe antiquior est. At emollitio conjunctivum paulo posteriore tempore invasit quam indicativum, ut docet comparatio linguae Latinae:

Ind.	*legis* (leges) = *λέγεις* (*λέγεσι*)	Conj.	*legās* = *λέγῃς*
	legitis (legetes) = *λέγετε*		*legātis* = *λέγητε*
	legimus (legemus) = *λέγομες*		*legāmus* = *λέγωμες*
	legunt (legont) = *λέγοντι*		*legant* = *λέγωντι*.

In radicibus pauca pro toto numero exempla sunt in quibus Dores *ᾱ* a prioribus acceptum in *η* vertunt; pauciora quae in omnibus aeque dialectis suspicione vetustioris *ᾱ* passim servati carent: ex. gr. *Ἡσίοδος*, sed *Ἀϊσίοδος* (i. e. *Ἀσίοδος*) a grammatico pro Aeolico prolatum; *μῆλον*

17) Gramm. comp. I 303, III 187: cf. Curt. de nom. Gr. format. pag. 35.

18) Compendium, pag. 435 et 445.

(pecu) plerumque, sed *μᾶλον* duplici testimonio traditum, quam in formam Ahrensius mihi nimis vehementer grassari videtur. Locri, quantum ex paucis judicare licet, antiquitatis studio in hac re reliquos Dorienses nihil superabant; leguntur enim:

μή saepissime in utroque titulo: sanscr. *mâ*, tab. Elea *μά*, ceteri Graeci omnes *μή*;

ἡμι- praefixum (*ἡμιόλιον* Oz. 5), in quo quum *η* fere ubique praevaluerit, tria tamen vestigia antiquioris *ἁμι-* servantur; *αἰμίονος* Aeolicum, Etym. magn., *ἅμισυ* Theocr. 29, 5, *ἁμιόλιον* Archim. de plan.; de quibus Ahr. Aeol. 88, 96, Dor. 152, quae, quamvis singillatim parvi pendenda, conjunctim tamen aliquid auctoritatis habent. At vetustatem vocalis *η* indicare videtur Lat. *semis;*

ἠβαιάς (Hyp. 7) quae forma vulgaris Dorismi est. Aeoles tamen *Ἄβα*, *ἐφάβων* tenent, quod Dores quoque non ignorant, Ahr. Aeol. 88, Dor. 151;

ἦ particula;

μηνός, (Oz. 6) a nom. *μήν*, Ahr. Dor. 242, cui certa indicia litterae *ᾱ* idem, Dor. 153, recte abjudicat.

Si judicandum est de antiquitate vocalis *η* in eis formis ubi videtur ab *ε* radicis productione facta esse, maxima circumspectione opus est, quia multae radices, praesertim si semivocalis inest, duplici specie uti solent. Insigne hujus rei documentum adducam: *εἴρηκα*, *ῥήτρα* Dorienses, *Ϝρήτωρ* nonnullos Aeolenses dixisse certum est, quae revocantur ad rad. *Ϝερ*, *Ϝρε*, sed tab. Elea habet *Ϝράτρα*, in quo radicem *Ϝρα* pro *Ϝρε*, quamvis repugnante Lat. *ver-bum*, non agnoscere nequimus. In quo antiquissimo titulo si quis de hyperdorismo vel potius hyperaeolismo cogitaret, vehementer falleretur. At in errorem prorsus similem incidit Ahrensius ubi de forma *ἔγκτασις*, Dor. 131, disseruit.[19]) Nam quum *κτα*, *κτε* (*κτάομαι*, Ion. *κτέομαι*) inter se respondeant ut *Ϝρα*, *Ϝρε*, eodem jure *κτᾶσις* quo *Ϝράτρα* vetustiori

19) De novo testimonio formae *ἔγκτασις* accedente dixi § 2, 1.

linguae vindicari potest, quamquam vulgaris dorismus et *κτῆσις* et *ῥήτρα* profert. Nec magis debebat idem vir clarissimus Creticum et Hesychianum *πλᾶθος* tanquam hyperdoricum repudiare, quod recte a *πλα* sicut *πλῆθος* a *πλε* profluxerit. Non est cur non *πλᾶθος* et *ἔγκτασις* aeque ac *Γράτρα* in gratiam redeant. Sed quum certe *Γρε* ex *Γρα* ortum sit, probabile fit *Γρήτρα* ab antiquiore *Γράτρα* originem duxisse, nec aliter *πλῆθος* a *πλᾶθος*, *κτῆσις* a *κτᾶσις*. Cujus tamen transitionis causa fuit attenuatio radicis, ut postquam *κτέομαι* pro *κτάομαι* (cf. *κτέανον*) invaluerit, eadem ratione etiam *κτῆσις* pro *κτᾶσις* usurpatum sit, idque postea latius proserpserit. Radicis igitur *κτε* et substantivi *κτῆσις* ratio eadem est quam supra demonstravimus intercedere inter *λέγετε* et *λέγητε*. Postremo quum prorsus analogum sit *χρα*, *χρε*, (*χράομαι*, Ion. *χρέομαι*, *ἀποχρέω* apud Epicharmum), licebit *χρᾶμα* [20]) cogitatione fingere, unde *χρῆμα* descenderit. Ceterum in aliis haec duplex longae et brevis vocalis emollitio Doricas formas non attingit, nam *μνᾶμα* (*μνεία* : *μνάομαι* = *χρεία* : *χράομαι*) apud eos semper intactum manet. [21])

Ut redeam ad Locros, quae ejusmodi voces in titulis leguntur sunt *χρήματα* (Oz. 2, Hyp. 30 et alibi), *πλήθς* (Oz. 18), *πλήθα* (Hyp. 40).

Contra quominus *ι* secundum vulgarem morem protractione ex *ε* processerit in his *Γοικητάς* (a verbo *Γοικέω*), *ΓεΓαδηκότα* (vide infra § 14, 3, et cf. Ahr. Dor. 150, d), *ἀνήρ* (Hyp. 18), causam non habeo quod recusem.

3. De *ω* quod legitur in conjunctivis, *ἔωντι*, *ἀνδιχάζωντι* etc., jam diximus. Ex *ο* protractum est in *ἐπωμότας*, *ὁρκωμότας* (Oz.), incertioris originis in *χωρεῖν* (Hyp.).

---

20) *χρᾶμα* in spuria Aristippi epistola, XI, 28, nil valet.

21) Suspicionem reprimere non possum in Doricis *βέβλημαι*, *κέκλημαι*, *ἐκκλησία*, *ῥήγνυμι*, Aeol. *Γρῆξις* etc. alteram radicis formam *βλε* (*βέλος*, Hom. *βλεῖο*, Arc. *δέλλω*) *κλε*, *Γρεγ* latere. Quam explicationem Ahr. Dor. 132 dedit, ea mihi non satisfacit.

4. *I* productum nil singulare praebet: legitur in *νικάω* (Oz. 18), *ἄτιμος* (Hyp. 40, 43), *χίλιοι* (Hyp. 39), quamquam nonnulli Dores *χείλιοι* et *χήλιοι* dicebant, *Ὑποκραμίδιοι*.

5. *Y* productum exstat in *συλάω*, *ἄσυλον* etc. (Oz.) ex *ῠ* natum in *καρῖξαι* (Hyp.)

§ 6.

De diphthongis.

Diphthongorum origo triplex est; productione vicaria, concursu duarum vocalium quarum altera dura, altera aut sua natura mollis aut ipsius contractionis gratia emollita est, deniqne ea specie amplificationis, quam ut Indico utar nomine, *gunam* vocabo. De prima classe, necnon de eis secundae classis diphthongis quae comprehensione durarum vocalium effectae sunt, in sequente paragrapho exponam; mitto praeterea syllabarum finalium diphthongos quales sunt *-ται* ind. med., *-σται* (*σθαι*), *-αι* infin., *-ῃ* conjunct., *-οι*, *-οις*, *-ᾳ*, *-ῳ* nominum, deinceps vocum *αἰ*, *καί*, *ἄνευ*, *αὐτός*, *αἴ*, quarum origo partim obscura est, partim jam ab omnibus intelligitur. Hoc tantum animadverto, *αἰ* in *ἐπεί* attenuationem passum esse.

1. Diphthongi per *gunam* effectae sunt in *Foῖκος* et derivativis (Hyp.), *λείπω* (ibid. 7, 42) fortasse etiam in priore syllaba vocis *αἰFεί* (*καταιFεί* Hyp. 4), quamquam radicem nequeo constituere.

Huc referendum est *ἀποτείσῃ*, Hyp. 15. Non enim huic voci eadem ratio ac *πολείτης*, *Εἰτεαῖοι*, et similibus tribuenda est, quae recentioribus lapidibus insculpta corruptae pronuntiationi debentur; qui mos scribendi initium in Atticis capit, secundum Franzium, Elem. Epigr. pag. 150, Demosthenis demum aetate. In una hac voce nititur *ει* scriptura auctoritate titulorum bonae aetatis: exemplis ab Ahrensio Dor. 181 collatis nunc accedit *ἀπυτεισάτω*, necnon *ἔστεισιν* (*ἔστισιν*) et *ἀπυτειέτω* in Tegeatica inscr., cf.

Gelbke de dial. Arcad. pag. 27.[22]) In his, si jam vitiosa pronuntiatio irrepsisset, etiam alias voces tetigisset, neque contrariae suppositionis exempla deessent.[23]) Itacismo insuper adversatur in nostro titulo mendosa scriptura *γένητει* pro *γένηται*, qua arguitur *ει* diphthongi sonus haud longe ab *αι* diversus. Rectissime igitur Ahrensius. Est *τείσω* ejusdem modi forma ac *λείπω φείσω*. Praesens suspicor latere in Arcadico *τειέτω*. Radix est *τι* (sanscr. *ti*) quae *guna* afficitur in *τείω*, altera amplificatione simpliciore in Hom. *τίω*, *τίνω*; ex his prodiere futura *τείσω*, *τίσω*. A plenioribus formis, ni fallor, facta sunt Att. Pind. *τίω*, *τίνω*. Analogum est verbum *φθι*, licet *φθείσω* non sit traditum.

2. Altera classis diphthongos complectitur conjunctione vocalium effectas. Tales occurrunt in *φθείρω* (Hyp. 38) a *φθερ-jω*, *αἰFεί* si id recte suspicor locativum esse stirpis *αἰFες*: denique in *παῖς* (Hyp. 18), cf. Curt. Etym. pag. 270.

At vulgatum est diphthongorum alteram litteram persaepe ejici ubi vocalis sequitur: hanc affectionem etiam eas diphthongos sustinere quae ab amplificatione originem habent testantur *πόλεες* (*πόλεϳ-ες*) *χέω* (*χεϝ-ω*, *χέϝ-ω* etc., sed plurima exempla invenies in syllabis quae exstitere accessu suffixi alicujus, praesertim suffixi *ja*. Neque haec consuetudo Locris ignota, legimus enim:

ἀδελφεός (Hyp. 7. 29), Hom., Pind., Herod., Aesch. Theb. 974; *ἀδελφειός* Il. *E*, 21. *ἀδελφός* eodem modo decurtatum est quo *δένδρον* (*δένδρεον*).

τέλεος (Hyp. 47) a *τελες-jος*: *τέλειος* Hom., Pind., Att.; *τέλεος* Att.

22) Non adhibui innumerabilia Delphicorum recentium exempla, qualia *τειμᾶς*, *προτέτεικεν*, *ἀποτεισάντων* (Wescher et Foucart), quum *ἰ* (*εἰ*), *Εἰρις* (*Ἶρις*), *Φίδιον* (*Φείδιον*) alia Itacismum prodant. Tamen multitudo exemplorum radicis *τει* memorabilis est.

23) Minime excitanda est forma *τρῖς* (Heracl. Tab.) pro *τρεῖς*. *τρεῖς* ortum est a *τρέϳ-ες* (Sanscr. *traj-as*), ut *πόλεις* a *πόλεϳ-ες*, *τρῖς* autem a *τρί-ες*: Ahr. Dor. 278.

πλέον (Oz.): *πλείων* et *πλέων* Hom.

Οἰάνθεα (Oz.): *Οἰάνθεια* Hellanicus apud Steph. Byz., Pausanias, Strabo; *Οἰάνθη* contractum Stephanus, Plinius: cf. *Ἡράκλεια*, *Ἡράκλεα*; *Μαλεία*, *Μαλέα*. Ejusdem modi est:

Χαλεΐς (Oz. 1.) pro *Χαλειΐς*, quod aperte formatum a *Χάλειον* perinde ut *Πλαταιΐς* a *Πλαταιαί*.

Subinde *ι* servatur: *Χάλειον*, *Χαλειέα* et *Χαλειέοις* a nom. *Χαλειεύς*: cf. *Χαλειεῖς* apud Wescher et Foucart, Inscriptions de Delphes 424, 23, sed *Χαλεεῖς* ibid. 28, atque *Χαληεῖς* 262, 3.; tum *μείων* quod nusquam quod sciam *ι* amittit. At praetuli in illis *ε* non *η* scribere, secutus vulgarem Graecorum consuetudinem, quamquam Delphica exstant praeter *Χαληεῖς* supra citatum, *Καλλικράτηα*, *Ἡρακλήου*, ubi cave *η* attribuas fortuito errori pronuntiandi, quum sine dubio debeatur excidenti *j*, cf. Lat. scripturas Medēa, Lycēum, Heraclēa. Exempla hujus diphthongi interitus ex vulgari lingua centum sese sponte offerent: rarior est affectio adjectivorum in *αιος* cadentium, suppetunt tamen Cret. *ἀγέλαος*, Lesb. *Ὑμήναον*, *Φωκάα*, *ἄρχαος*, Thess. *δικαοῖ* alia: accedit etiam *ὑός*, Ahr. Dor. 188, Wescher et Foucart 25, 2; 58, 21, et alibi.

Sed plus difficultatis praebet forma *ΘΟΙΕΣΤΟ* quae legitur Oz. 9. Oeconomides legit *θῳἤστω*, i. e. *θῳὰ ἔστω*; Kirchhoff *θώϊ᾽ ἔστω*, i. e. *θώϊα ἔστω*; Ahrensius in Kuhnii diar. VIII 345 *θῷ᾽ ἔστω*, i. e. *θῷα ἔστω*. Sed neque adjectivum *θώϊος* neque substantivum *θῷα* notum est; traditam habemus solummodo triplicem formam *θωϊή*, *θῳή*, *θωή*,[24]) quare mihi videtur toleranda crasis quamvis insolens.

Spectantes Homericum *θωὴν ἐπιθήσομεν*, *Οδ. β.* 192, Oeconomidae assentiemur qui derivat a rad. *θε*. Est igitur earum formarum quae ante *ja* suffixum vocalem habent

---

24) Suid. s. v., Etym. mag. 26, 23 (Archil. Fragm. 109 Bergk[3]), Choerob. Epim. 452, 3; 118, 21, Schol. in Odyss. *β*. 192.

productam. Qua de re admodum lubrica adhuc a nullo satis explicata, quamquam fateor me nondum omnem dubitationem a mea mente removisse, tamen pauca proponam. Incipiam a certioribus. *ὀF-ία* [25]) (pellis ovilis) hac quintuplici specie ad nos pervenit: *ὤα* (Pollux VII 62, Theognost., Eustath.), *ὦα* (Aristoph. Gramm., Eustath., Arcad.), *ὠΐα* (Eustath.), *οἴα* (Hesych.), *ὅα* (Hesych. Arc.). Apparet *F* aut excidere simpliciter aut praecedentem vocalem producere, cui accedit ut *ι* modo ab *ω* divellatur, modo cum eo conjungatur, modo prorsus excidat; quo efficiuntur quinque formae, nec dubito etiam sextam sumere non traditam, *ὠΐα*, comparata voce formationis fere ejusdem *ὤFιον* (ovum) quae formas assumit *ὠΐον*, *ᾠόν*, *ὠόν*. Rad. *στυ* per *gunam* fit *στοF*: hinc sumimus formam *στόF-ος* (Curt. Etym. 204) unde descendunt *στοF-ιά*, *στοιά*, *στοά*, (cf. *πνοF-ιά πνοιή πνοή* a *πνόF-ος*: *ῥοF-ιά*, *διάῤῥοια* a *ῥόF-ος*) at *στωϊκός* spectat ad non traditum *στωά*, *στωά*. Sic etiam *πλυ πλόF-ος* unde manant *πλοΐζω*, *πλοῖον* et *πλωΐζω*. In his omnibus *ω* debetur excidenti *F*, quod pars est stirpis cui suff. *ja* adjectum est, et formationes tabula ita exhiberi possunt, uncis inclusis eis quae casu non traditae sunt.

ὄF-ι-ς : ὀF-ία	*ὀΐα*,	*οἴα*,	*ὅα*
	[*ὠΐα*]	*ᾠόα*,	*ὤα*.
στυ : [στόF-ος] : στοF-ιά	[*στοϊά*]	*στοιά*,	*στοά*
	[*στωϊά*,	*στῳά*]	*στω-ικός*
πνυ : πνόF-ος : πνοF-ιά	[*πνοϊά*]	*πνοιή*,	*πνοή*
	——	——	——
ῥυ : ῥόF-ος : ῥοF-ιά	[*ῥοϊά*]	*διάῤῥοια*,	*ῥοή*
	——	——	——
πλυ : πλόF-ος : πλόF-ιον	*πλοΐζω*,	*πλοῖον*	——
πλοF-ίζω	*πλωΐζω*	——	——

25) Malo sic dividere quam *ὀFί-α*, nam suffixum est *ja*: *ι* stirpis abjectum est.

Accedamus nunc ad obscuriora illa, quae sunt forma quidem hisce simillima. *F* autem in radice non habent. Si comparamus adj. *ζωός*, *ζοός* et derivativa substantiva *ζώϊον*, *ζῷον*, *ζῶον* *ζοῖον* et *ζωή*, *ζοΐα*,[26]) *ζοή*, suspicio statim oritur eandem formarum rationem esse atque earum quae supra demonstratae sunt. At *F* nequit radici tribui. Quid vero impedit quominus suffixo tribuamus? Certe si spectamus *ζωός*, *ζοός*, patet aliquid excidisse. De *j* non possumus cogitare quia substantivum *ζώϊον*, aperte derivatum, istud *j* simul cum producto *ω* exhibet. Omnia eo ducunt ut illi *Fo* suffixum, huic *Fιο* tribuamus. Suffixum *Fo* exstat in *ὄρ-Fος*, *κόρ-Fα*,[27]) *ξέν-Fος*, *ἵπ-πος* et aliis, unde *Fιο* deducitur in *ἵππιος*, *ξένιος*. At documentum mihi haud parvi momenti est Sanscr. vox *pitr-vjas*, quae significatione quidem Graeco *πάτρως*, formatione autem *πατρώϊος* (i. e. *πατρό-Fιος*) respondet: forma archetypa est *patra-vjas*, (in quo stirps *patar* metathesin sustinuit ut in *πατρά-σι*): sed hoc *patra-vjas* postulat *patra-vas*, idque agnosco in Lat. *patruus* et Graeco *πάτρως*, quod mihi est pro *πάτρο-Fος*, *πάτρω-ος*;[28]) cf. Hom. *λαγω-ός* pro *λαγώς*. Tum habemus vocem *δμῳή*, de cujus *ι* testatur Choeroboscus; haec simili ratione ad *δμο-Fιά* revocari possit, quamquam *δμώς* non quadrat in *δμο-Fός* nisi licet transitionem sumere e secunda in tertiam declinationem, quae mutatio sane in *πάτρως* fieri coepit. Hoc tamen misso, illi *δμῳή* adjungam, quod ratione eadem uti videtur, *ϑῳή*, et totius generis formationem sic proponam:

$$\zeta\alpha : \zeta o\text{-}F\acute{o}\varsigma \begin{cases} \zeta\acute{o}\text{-}F\iota o\nu \begin{cases} [\zeta\acute{o}\ddot{\iota}o\nu]\ \zeta o\tilde{\iota}o\nu, & \text{——} \\ \zeta\acute{\omega}\ddot{\iota}o\nu,\ \zeta\tilde{\omega}o\nu,\ \zeta\tilde{\omega}o\nu \end{cases} \\ \zeta o\text{-}F\iota\acute{a} \begin{cases} \zeta o\ddot{\iota}\alpha,\ [\zeta o\iota\acute{\eta}]\ \zeta o\acute{\eta} \\ [\zeta\omega\ddot{\iota}\acute{a},\ \zeta\varphi\acute{\eta}]\ \zeta\omega\acute{\eta}. \end{cases} \end{cases}$$

26) Theocr. 29, 5: accentus retractus est Aeolico modo.

27) *ἔϑυσε τᾷ ΚόρϜᾳ* in brevi inscriptione Thessalica (?) quam Oeconomides in appendice ad editionem tituli Hypocnemidii publici juris fecit.

28) Nam antiquior declinatio videtur esse *πάτρως-ω-ῳ-ων*.

πατερ : *πάτερο-Fος* : *πατρό-Fιος*, *πατρώϊος*, *πατρῷος* ——. (*πάτρως*)

δαμ : [*δημο-Fός*] : *δημο-Fιά*, [*δημωϊή*] *δημφή*, *δημή*.

θε : [*θο-Fός*] : *θο-Fιά*, *θωϊή*, *θφή*, *θοή*.

Sed utrum *θωϊά*, *θφά*, an quod Oeconomidae magis placet *θοιά* sit in Locrico titulo scribendum, dijudicare nequeo.

Quaeras fortasse num eandem explicationem proponam Homericorum *ξυνήϊα*, *πολεμήϊος* et aliorum sine numero: cf. etiam Dorica apud Ahr. pag. 192. Quamquam similia *βασιλήϊος*, *Πηλήϊος* certe *F* in stirpe habebant, tamen ne nimia temeritate agam, rem in dubio relinquam.

Restat ut aliquid dicam de adj. *μναιαῖος*, quod Oz. 12 legitur. De toto hoc genere uberrime ac subtilissime disseruit Lobeckius in parergis ad Phrynichum inde a pag. 541. Permulta sunt inferioris aetatis, nonnulla vero apud optimos scriptores; maximeque ea quantitatem significant: *συμποσιαῖος σχοτιαῖος, σποδιαῖος, κρυφιαῖος: ὀργυιαῖος, σταδιαῖος, ταλαντιαῖος.* Suffixum *ja* in his manifesto duplicatum est: *jaja* = *ιαιο*: i. e. adjectiva ope suff. *ja* deducta sunt a formis jam eodem suffixo instructis: id clare patet in *συμποσιαῖος* a *συμπόσιον*, *σχοτιαῖος* a *σχοτία*, *σποδιαῖος* a *σποδιά*, *κρυφιαῖος* a *κρύφιος* (etiam *κρυφαῖος* a *κρύφα*) necnon in adj. quantitatis *ὀργυιαῖος* ab *ὀργυιά*, *σταδιαῖος* a *στάδιον*. Similiter *ἡμιοβόλιον* intermediam formam praebet inter *ὀβολός* et *ὀβολιαῖος*. *Ὀβόλιον* (cf. *ἡμι-όλιον*) si id separatim dici posset, vim haberet paulo disertius ad quantitatem spectantem quam *ὀβολός*, ut si quis diceret „*die Summe eines Obols*“; inde demum derivatur *ὀβολιαῖος*. Similiter intelligenda sunt cetera hujusmodo, e. g. *ποδιαῖος* ab intestato *πόδιον* (cf. *ἡμι-πόδιον*). Quod autem attinet ad *μναιαῖος*, ad haec trahendum est, nisi (quod valde dubium) agnoscere licet vestigia suffixi *ja* in ipsa voce *μνᾶ*: (Ion. *μνέα*; stirps est peregrina, Boeckh. Metrolog. Quaest. pag. 34), ut comparandum sit cum *Ἀθηρᾶ* ex *Ἀθηραία*: tum ex *μναία*

recte processerit *μναια-ῖος* (Aristot. apud Eustath., Xen.), ex *μνάα μναα-ῖος* (Apoll. Dyscol., Themist.), denique ex *μνᾶ, μνα-ῖος*, modo haec forma non sit prorsus improbanda. Quod si verum sit, vix possumus cum Eustathio et Lobeckio *μναϊ-αῖος* scribere.

De diphthongis quae sunt in vocibus *δείλομαι* et *διπλεῖ* infra agetur.

§ 7.

De contractione, crasi, productione suppletoria.

In hac re tractanda satis gravi ad diversa dorismi genera distinguenda, propter paucitatem exemplorum contractiones quae in mediis vocibus fiunt ab eis quae crasi efficiuntur non separabo. Observandum tamen est Locros amantissimos craseos fuisse, nam in duobus titulis exempla leguntur haud pauciora quam quatuordecim. Afficiuntur crasi voculae *καί, ἤ, μή* et articulus, necnon duriorem crasin in *θῳῖστω* agnoscendam esse jam dixi, quae tamen non insolentior est quam *δηξομᾶρα* Ach. 325, et alia Aristophanea. Verbum *εἶναι* crasin cum praecedente vocabulo admittere docuit Ahrensius, in libro de crasi et aphaeresi, pag. 5 sq. et 28: immo ille apud Aristoph. Av. 959 *διοσημία ᾽στιν* potius *διοσημιᾶστίν* scribi voluit, ceteraque similiter. Crasin fieri secundum normam, ejecto *ι* inter contrahendas vocales, nil opus monere. Interdum crasis neglecta: *τᾷ ἐπιδαμίᾳ δίκᾳ* (Oz. 7), *τῷ ἐνκαλειμένῳ* (Hyp. 43).

Exempla, e quibus morem Locrorum in contrahendis vocalibus discere possumus, subjungo.

1. *α-α* fit *ᾱ*: *τἀγορᾷ*, Hyp. 20, 22: *ταὐτά*, ib. 46.

2. *α-ε* fit *η* in crasi et conjugatione verborum: *τὴν κἰ, κἰν* (*τὰ ἐν, καὶ ἐ, καὶ ἐν*) *θῳῖστω, συλῆν, νικῆν, χρῆσται, χρήστω*: Oz. 3, 8, 9, 18, Hyq. 4, 9, 21, 23. Illorum voca-

bulorum (Ahr. Dor. 196) in quibus *α-ε* contrahitur in *ᾱ*, ut *ἀέλιος*,[29]) etc., exemplum legitur nullum.

3. *α-η* contractum non reperitur: mos ceterorum Doriensium, quo fit modo *η* modo *ᾱ*, expositus est ab Ahr. pag. 196, 312.

4. *α-ο* et *α-ω* duplicem sequuntur rationem, et *ᾱ* et *ω* efficientes: illud magno consensu Doriensium fit in nominibus; *ἀμαρᾶν* (Oz. 5) *κοινάν*, gen. *κοινάνων* (Hyp. 4) e *κοινά-ων κοινα-όνων*, nec minus in conjugatione verborum in *μι*, Ahr. 198, quamquam exemplum apud Locros non exstat. Contra in verbis contractis jure Ahr. 197 suspicatur Dores sibi non semper constare: certum est tamen *ω* in 1. pers. sing. act., probabile etiam in nom. sg. masc. part. praes. act. semper pronuntiatum esse; neque in mediis syllabis, *γελῶντι* etc., potest *ω* Doribus abjudicari: purus Dorismus admittit sed non postulat *γελᾶντι*. Quum nulla adhuc reperta inscriptio *ᾱ* in hujusmodi formulis praebeat, non miraberis etiam nostras habere eas aut non contractas, *ἀπελάωνται* (Hyp. 5), aut in *ω* contractas, *συλῷ* (opt.), *συλῶντα* (Oz. 3).

5. *ε-ε* coalescit in *ει*, secundum consuetudinem mitioris Doridis, in infinitivis verborum contractorum; *ἀρχωρεῖν*, *χρατεῖν*, *παματοφαγεῖσται* compluries in Hyp. titulo; etiam non contractorum certe in Hyp., *θέειν*, *φόρειν*, *ἄγειν*, v. 3, 5, 13: de altero titulo cf. § 3 ad fin., et § 14, 1. At *ε-ει* et *ε-η* non contrahuntur: *ἀρχωρέει*, *λιποτελέῃ*, *δοκέῃ*, Hyp. 27, 14, 39.

6. *ε-α* concretas formas non praebet: *Ὀϊανθέα*, *Χαλειέα*, *ψευδέα*, *Γέιεα*, Oz. 1, 2, 8, Hyp. 13. Recentiores

29) In quatuor vocibus ab Ahrensio allatis videmus *αϝε* syllabam *ᾱ* efficere (certo per intermediam formam *ᾱι*) nam antiquis formis *ἀϝέλιος*, *ἀργάϝεντα*, *ἀλκάϝεντα*, *φωράϝεντα* haec vocabula utebantur. Vide igitur annon illud verbum, cujus duriorem explicationem dedit Ahr. Dor. 342, *θᾶμαι* dico, rectius per duplicem contractionem a Pindarico *θᾱέομαι* deducendum sit (i. e. *θαϝ-έομαι*, Ionic. *θῃ έομαι*, Att. *θε-ᾶομαι*): *θᾱέομαι*, *θᾶομαι*, *θᾶμαι*.

tituli C. I. 1757 et 1607 habent contra *οἰκογενῆ* et *Λαοδικῆ* (acc. vocis *Λαοδικεύς*).

7. *ε-ο* et *ε-ω*, ut vulgo fit in Dorismo septentrionali, soluta manent, quem morem apud Delphos scimus diu inhaesisse, nam recentes eorum tituli, quales Wescher et Foucart edidere, raro tantum contractas formas a communi dialecto illatas, exhibent. Sic in Locricis *ἐόντα*, *ἀρχωρέοντα*, *προξενέοι*, *Fοικέοντος*, *μεταFοικέοι*, *ἔωντι*, Oz. 6, 8, Hyp. 2, 19, 29. In recentiore C. I. 1567 *Χαλειέων* (etiam *Χαλειῶν*) et *δαμιοργέοντος*.

8. *η-α* efficit *η*: *ἠδελφεόν*, *μὴποστᾶμεν*, (Hyp. 7, 11), nam sic placet scribere potius quam *ἢ δελφεόν*, *μὴ ποστᾶμεν*: Ahr. de crasi et aph. pag. 28.

9. *ο-ο* contrahitur in *ω*: *δάμω*, *Ναυπάκτω*, Hyp. 4, 8, *τῶ*, *προξένω*, Oz. 4, 11, et si qui alii ejusmodi in utroque titulo genetivi leguntur. Quae proprietas severioris Doridis est; Ahr. 205. Non erant Ahrensio *δάμω*, *Ἐροδάμω* in C. I. 1752 damnanda. Simili modo *ὁ Οἰανθεύς* fit per crasin *Ὠανθεύς*, Oz. 7.

10. *ο-ε* fit *ω*: *δαμιωργός* (Oz. 15) cf. *ἀμπελωργικά* in tab. Heracl. et similia; *Ὀπώντιος* constanter in tit. Hyp. In hoc quoque tituli severiorem Dorismum sequuntur: mitior enim poscit *δαμιοργός* (C. I. 1193) et *Ὀπούντιοι*, (quae forma postea revera invaluit, cf. C. I. 1752), ut *Σελινούντιοι*, *Οἰνούντιοι*, *Σιδούντιοι*, etc., quorum ratio eadem est. Oeconomides minus recte dedit *Ὀπόντιοι* quia esset *Ὀλόντιοι* pro *Ὀλούντιοι* in tit. Cret. C. I. 2554 et al., atque poterat eodem jure *δαμιοργός* scribere, cf. C. I. 1542, 1543 (Acarn.) et recentiorem tit. Chaleensem, C. I. 1567. Haec est recentior forma ipsa ex *δαμιωργός* propter duplicem sequentem consonam correpta: illud *Ὀλόντιοι* similiter a genuino Cretico *Ὀλώντιοι* ortum est. Sed in nostris titulis potius principalem speciem agnoscemus. Nec vero minus severiorem contractionem animadvertimus in *ὠπάγων*, i. e. *ὁ ἐπάγων*, Oz. 11. Nomen urbis Opuntis solutum invenitur in *Ὀπόεντι*, Hyp. 33, cf. Pind. Ol. IX, 22.

11. *ω-ε* crasi commiscetur in *τὼν* (*τῶ ἐν*), *τὼπιβοίζῳ*, *τὼνζαλειμένῳ*, Hyp. 29, 34, 41.

12. *ι-ι* fit *ῑ* in *πόλῑ*, Hyp. 21.

Videmus igitur Locros, quantum ex exemplis concludere licet, in vocalibus contrahendis ubi omnes Dores consentiunt non a ceterorum ratione discedere, ubi vero severior ac mitior Dorismus inter se discrepant, modo hunc modo illum sequi, mitiorem videlicet ubi *ε* cum sequenti vocali concurrit, ubi *o*, severiorem.[30])

Reliquum est ut dicam de suppletoria quam vocant productione vocalium. Clara indicia praebet tantummodo Hyp. titulus, in quo acc. pl. *τούϛ*, *ἐπιβοίζουϛ* etc. (*ουϛ* ex *ονϛ*) atque inf. *εἶμεν* (ex *ἔσ-μεν*) leguntur. Oz. titulus acc. in *ΟΣ* exhibet, quod aeque per *ονϛ* transcribendum esse, ut tituli dialecto concordent, monui § 3 ad fin.

§ 8.

De consonantibus mutis.

1. Duplex signum tenuis gutturalis, *ϰ*, ϙ, tractavi § 3. *Τέϰνα* pro *τέχνα* scriptum est Hyp. 12, quod, licet radix antiquitus *τεϰ* fuerit, ideo vix potest referri ad recordationem pristini soni, quod statim infra, v. 38, *τέχνα* invenimus.

In v. 2 ejusdem inscriptionis legitur mira vox *ὀπόξενος*. Id Oeconomides accipit pro *ὁμόξενος*, tum in universum de transitione *μ* in *π* disputans exemplis quam plurimis demonstrare studet eam saepenumero nec tantummodo in una dialecto factum esse; iterumque in ephemeride quae Clio vocatur eandem opinionem probare conatur. Neque vero ille primus hoc affirmavit. Attamen rem accurate inspicienti

30) Vestigia ejusdem consuetudinis jam tantum non obsoletae Phocici tituli produnt, praesertim in genetivis in *ο-ος* desinentibus: cf. Ahr. Dor. 238, et adde *Σωσῶς*, *Μνασῶς*, Wescher et Foucart Inscr. Delph. 277, 18; 432, 12.

certiora exempla istius mutationis perpauca suppetunt. Nam notandum est aliud esse cenversionem litt. *π* in *μ*, aliud vero litt. *μ* in *π*: illius exempla nil ad hanc pertinent. Si *π* in *μ* abiit, nil mirum; durae enim emollitio consonantis nullam habet difficultatem.[31]) Pleraque exempla quae Oeconomides attulit, si omnino sunt admittenda, sic aut debent aut possunt intelligi, ut *π* priorem locum teneat; qualia Hesychiana *ἀμάναν· ἅμαξαν* (i. e. *ἀπήνην*), *ἀμαλή· ἁπαλή*, *μαμμικόν· μικρόν*[32]) quod Koenius ad Greg. Corinth. 282 pro *πάνσμικρον* habebat. Quodsi licet ex glossis *μάματα* (Hes.), *ἄμαστος* (Pind.), *ματεῖ* (Hes.), *ματεῖν*, *ματοῦσαι* (Joh. Gramm. Ahr. Aeol. 45) radicem tribuere Aeolibus *ματ*, *edere*, tamen non sequitur eam cum *πατέομαι*, *pascor* cohaerere. Male collatum est Hesych. *δολομάν· μάστροπον* cum ejusdem *δόλοπα· κατάσκοπον*, *μάστροπον*, nam hoc ad nominativum *δόλοψ* spectat, neque cum illo quidquam praeter radicem commune habet. Nil probant *ἐμπίρους* et *ἐμμίρους* apud eundem nisi assimilationem litt. *π*. Contrariae mutationis *μ* in *π* tria primaria exempla, Aeolica *ὄππατα*, *ἄλιππα*, *γρόππαια*, ad nihil rediguntur, quippe quae per assimilationem progressivam ex *ὀπ-ματα* etc. orta sint. Quod Archemachus apud Athenaeum VI, 264 de *μενέσται* et *πενέσται* nugatur, in eo nihil est nisi consectatio quaedam subtilitatis, nam has voces ad diversas radices pertinere nemo ignorat. Non multum valet Hesych. *ἀπαλεῖν· ἀμελεῖν*; etiam minus *ἀπαρκτεῖν· ἀποτυχεῖν*, quod Oec. in *ἀπαρτεῖν* correctum vult. Nec magis probandum quod Ahrensius in Kuhnii diar. VIII, 361 submonuit radices *par* (*πέπρωται*, *pars*) et (*s*)*mar* (*εἵμαρται*, *μοῖρα*) cognotas esse. *Ἅπαξ* cum Curtio et Meyero separandum est a Cret. *ἅμακις* vel *ἁμάκις*; hoc sequitur *τετράκις* etc., illud continet rad. *παγ*, cf. Sanscr. *sa-kṛt*. Restat unum ex tot exemplis, in quo aliquid

31) *β* utique mutatur in *μ*: *βάρμιτος*, *κυμερνήτης* Aeolica dicta, Ahr. Aeol. 45. Cf. H. W. Roscher ‚studiorum' vol. III, p. 129 sqq.

32) Schmidtius legit *μητρικόν*.

praesidii esse videtur, dico Aeolicum et Argivum *πεδά* Coum *πειά* (Ross. inscr. ined. fasc. III, Nr. 311) pro *μετά*. Sed hanc quaestionem, ne longius a proposito aberrem, nunc missam facio: nam etiam si haec transitio exemplis pluribus sustentaretur, magis placeret in loco de quo agitur Curtii emendatio *ὁπλόξενος*, (cf. *δορίξενος*), quae vox non insolentior est quam *ὁμόξενος*. Cetera ejusdem tituli scripturae menda vide § 2 enumerata.

Quod autem maxime mirabile de litteris mutis notandum habemus hoc est: *στ* pro *σϑ* semper proferri in verborum terminationibus, idque in utroque titulo; nam legimus Oz. v. 8 *χρήστω* imperativum, v. 10 *ἐλέστω*, v. 16 *ἐλέσται*, et Hyp. v. 19, 23, 26, 28 *χρῆσται*, v. 32, 33 *ἀρέσται*, v. 41, 44 *πραματοφαγεῖσται*. Res est, ut licet affirmare, inaudita, immo *σ* amantissimum est sequentis aspiratae, tantumque abest ut aspiratam attenuet ut saepenumero tenuem in aspiratam convertat. Quae Roscherus, in tractatione de aspiratione, Curt. Stud. I, 2, pag. 86—87, collegit diversi generis sunt. Ista enim passim ex recentioribus titulis singula desumpta nihil demonstrant nisi hoc: postquam vulgaris aspiratio eo progressa esset ut fere quamvis tenuem invaderet, neque jam aures vulgi accurate distinguerent inter tenues et aspiratas, quum aspiratam pro tenui, tum etiam contrario errore interdum tenuem pro aspirata poni coepisse: perinde ac videmus factum esse ubi spiritus asper vim paulatim amittebat, ut etiam in alienas voces irreperet. At hujus confusionis exempla sparsa et numero pauca, neque adducere possum ullum vocabulum in quo tenuis in loco aspiratae revera usu firmata sit: cf. Curt. Etym. 476, Roscher, l. c. pag. 66. Quae enim exempla hujus mutationis Oeconomides proferre sibi visus est, (apud Rossium pag. 38), nempe *σπόνδυλος*, *ἀσπάραγος*, *σκελίς*, *σκέραφος*, *μασιός*, *κίστος*; in his multo credibilius est tenuem antiquiorem fuisse: quod idem Hesych. glossas *ἀστιγεῖ*, *ἐνστιγές* a stirpe *σϑεν* deducit, id ipsius opinioni repugnat, quoniam ipsum *σϑεν* a rad. *στα* derivandum est. Paulo diversa

ratio voci *σπόγγος*, *σφόγγος* est tribuenda si sequimur Kuhnium (Curt. Etym. 355) referentem ad rad. *svam*, sed etiam hic principatum *φ* litterae vix licet concedere, quia et *π* et *φ* ex *F* orta esse videntur. At de his omnibus et similibus satis est lectorem rettulisse ad Curt. Etym. 457, et Roscher. l. c. 109 ff.

Quum igitur exempla hujus mutationis desint, Roscherus pag. 87 enumerat *χρήσιω* tituli Oz.[33]) inter eos lapicidarum indoctorum errores qui vacillanti incertaeque enuntiationi sunt adscribendi. Neque ego recusarem, modo bis terve forma occurreret, nam etiam *ὑστερογενῆ* quam dicunt aspirationem Locris notam fuisse, opportuno loco videbimus. Sed nunc accedente tanta alterius inscriptionis auctoritate, non possumus facere quin statuamus Locros constanter *στ* adhibuisse pro *σϑ* in medialibus formis verbi. Utrum semper *στ* pronuntiaverint pro *σϑ*, an in his tantum formis, non licet concludere, quum exempla deficiant. Nunc quaeritur num debeamus transitum aspiratae in tenuem agnoscere, idque jam antiquitus putare inceptum fuisse quod saepissime in lingua novicia factum est, an *στ*, sicut in tot aliis vocabulis, pro antiquiore habeamus. Quod attinet ad imperativum *χρήσιω*, *ἑλέστω*, certe licet suspicari in vetere titulo latere vestigium priscae terminationis. Nam eam omnino medialium terminationum rationem esse ut ex activis per duplicationem factae sint, jam inter grammaticos satis convenit. Quam opinionem secutus olim Boppius docebat (gramm. Sanscr. § 274, cf. gramm. comp. vol. II, pag. 322 ed. tert.) *σϑ* quod in formis medialibus activo *τ* respondet ex *ττ* exstitisse. Sic dual. *σϑον*, *σϑην*, *σϑων*, revoco ad *τ-τον*, *τ-την*, *τ-των*, (Sanscr. *âtê*, *âtâm*, fortasse pro *(t)âtê*, *(t)âtâm*) ut recte se habeant ad activa *τον*, *την*, *των* (Sanscr. *tam*, *tâm*). Eandem originem tribuerim illi *(σ)ϑα* 2 pers. act., quod certe olim *(s)ta* fuit (cf. Sanscr. *tha*, Germ. *(s)t)* ortum, opinor, a *(t)τα*, idque a *τνα*. Necnon *σϑε*

33) Nam *ἑλέστω*, *ἑλέσται* ejusdem tituli neglexit.

referri potest ad formam *ι-ιε* ex *ι-ιϝε* natam.[31]) Unum tamen non recte constituit Boppius, act. imperat. 3. sg. *ιω(ι)*, (Osc. *tud*, Sanscr. ved. *tât*), initio fuisse medialem formam, et *σθω* posterioris originis esse. Immo duplicatio, quae est in illo *tât*, emphaseos causa, ut fit in imperando, adhibetur. Non igitur deterreor quominus summam *ι-ιωτ*, *ντι-ιωτ* antiquam speciem medialis terminationis fuisse.

Quomodo *σϑ* ex *τι* exortum sit incertius est: licet sane de intermedia forma *ιϑ* cogitare: *τι* fit *ιϑ* in *Ἀιϑίς*; *ιϑ* potest transire in *σϑ* ut in *ἱρόσθεν* (Curt. Etym. 267), *ὁλισθάνω* (ibid. 343), *μάσθλη* (ibid. 366); tum agnosceremus mediam formam *τϑ* in Cret. *ἀναϝειτάϑϑω* (lit. Gortyn.) cui addi potest *-πιέϑϑω* in titulo Cretico a Bergmanno, Brandenburgae 1861 edito, v. 40; quod videtur fragmentum esse stalis imperativi, qualis vulgo in *-ξεσθω* exit. Nam *ϑϑ* nihil significat nisi *ιϑ*, cf. exempla congesta apud Roscherum, l. c. 89. At suspicio facile oritur isti *ϑϑ* originem minus antiquam tribuendam esse, comparato *ἰϑϑᾶντι*, *ἰϑϑάντες* in Bergmanni titulo, quae patet ab *ἰσθᾶντι*, *ἰσθάντες*, eaque ab *ἰσιᾶντι*, *ἰσιάντες* orta esse, collatis Boeoticis *ὀλιυθοτίλαν* et *ἴυθαι* (*ἴσθαι*). Malumus igitur transitionem ita constituere: *τι* primum per dissimilationem factum esse *σι*, ut in *χαριέστερος* pro *χαριέι-τερος*, idque tum littera *σ* affectum in *σϑ* abiisse, inde demum Cret. *ϑϑ* exstitisse.

Quum igitur forsitan possimus in *ἑλέσϑω*, etc. vetustam formam agnoscere, plus difficultatis habet infinitivus in *σιαι*. Is enim plerumque (Bopp. gr. comp. III, 329, Lange *über den Lat. Inf. Pass.* pag. 30; Curt. Etym. 65, 68) ita explicatur ut contineat radicem *dhâ* = *θε*; et confertur Vedica terminatio *dhjâi*. Neque obstat quidquam, etsi minus placent quae Boppius et Lange de *σ* proposuerunt.[35]) Nam id mihi

---

31) Nisi statuamus, collato Sanscr. *dhvê* (*d-dhvê*) et Zend. *z-dum* imperat. (e *d-dum*) jam antiquissimos Graecos dixisse *σϑϝε*, quae tamen omnia ad *t-tva* refero.

35) Ille enim pro pronomine reflexivo, hic pro rad. *ες* habet.

hujusmodi est: suffixum *θαι* existimo sumendum, cujus *θ* sibi tenuem adsociaverit ut in *τί-τθη* a radice *θα*, cf. Roscher, l. c. 121 sq.; deinde *τθ* factum esse *σθ*.

Neque aliter puto *σθ* in *ἄσθμα ἰσθμός* exstitisse quam ex *ἆ-θ-μα*, *ἆ-τθ-μα*; *ἰ-θ-μός* (cf. *στα-θ-μός*) *ἰ-τθ-μός*. Sic intelligendum etiam *-μεσθα* pro *-μεθα*. Quam rationem si sequimur, oportebit demum nos concedere *στ* in Locrorum infinitivo e *σθ* natum esse. Quid autem si *σθαι* sequeretur rationem quam vidimus in *σθον*, *σθω* etc., et, a Sanscr. illo *dhjâi* separatum, ad formam *τ-ται* reducendum esset, quasi ab activo *ται*, in quo suffixum *ta*, ut *na* in *ναι*, *sa* in *σαι*, agnosci posset?

Ut res nunc sunt caveo ne quid calidius affirmem. Vereor ut sit in formulis Locricis quidquam praeter corruptionem soni. Si novis monumentis repertis aliae ejusmodi formae, quarum de origine melius constat, in lucem prodierint, tum demum aliquid certius statuere audebimus.

2. Quum de mediis consonantibus non sit quod dicam, pergam ad aspiratas. Mutationem tenuium in aspiratas jam satis cognitam, quamvis in nonnullis radicibus ac vocabulis omnibus Graecis communem, tamen aliquanto minus praevaluisse apud Dorienses quam ceteros, probabile est; nec multa reperiuntur exempla in Locricis titulis: jam memoravi *τέχνα* a rad. *τεκ*; unicum est *φρίν* pro *πρίν*, Hyp. 6; quae ambo mutationem debent sequenti consonanti, cf. Curt. Etym. 466. Non hanc explicationem habet *ἐχθός* (Oz. 11) pro *ἐκτός*, quocum conferas Hesych. *ἐχθοῖ· ἔξω*, a Schmidtio sine idonea causa ad Cretenses relatum.[36]) Contra in *θέθμιον*, Hyp. 46 conspicimus antiquissimam formam: cf. *κατὸν*

---

26) Errat Helbigius, de dial. Cret. pag. 20, quod affirmat Apollonium Dyscolum in libro de adverbiis (Bekkeri anecd. 558) vulgaris dialecti formam hoc *ἐχθός* dicere. Ille enim nihil profert nisi substantivum *ἔχθος*, quod derivat ab *ἐξ*, *ἐκτός*: „*τὸ γὰρ ἀπόβλητον καὶ ἐκτὸς ἡμῶν τοιοῦτον.*“ Probat Buttmannus Lexil. s. v. *ὀχθῆσαι* ad fin.

θεθμόν in inscr. Tegeatica citata Curt. Stud. II, 150: radice *θε* per consonam *θ* aucta, ut in *στα-θ-μός*, fit *θε-θ-μός*, unde oriunda et Doricum *τεθμός* et vulgare *θεσμός*.

§ 9.

De liquidis et nasalibus.

1. De liquidis notandum est tantummodo *ϱ* in aoristo supra commemorato verbi *αἱρέω*, *ἀρέσται*, in quo antiquior littera suum tenuit locum. Itaque *ἀρέσται* aoristus cum praesenti *αἱρεῖν* conjungendus, ut vulgaris *ἐλεῖν*, *ἐλέσται* cum Cretico praesenti *ἀλεῖν*, (*ἀφαιλίσεσθαι* et *ἀφαιλῖται* in Bergmanni titulo). *Ἑλέσται* est in Oz. titulo. De sensu vide § 16.

2. *γ* nasale vocatum non reperitur, sed ejus sonus littera *ν* semper designatur, qui mos, Graecis cum Romanis communis a fere nullo tempore nulloque loco abest. Primo invenimus composita cum *ἀν*, *ἐν*, *συν*; Locr. *ἀνχωρεῖν ἐνκαλειμένῳ*, (Hyp. 9, 41, et alibi), *ἔνκτησις* C. I. 1567; sic etiam Heracl. *ἀνχωρεῖν*, *ἀνγράψαι*, *ἀνκοθαρίοντι*; Delph. *ἀνκείμενα*, denique Att. recent. *ἐνκλίον*, *συνχωρεῖν* (C. I. 2347 c, 2737, cf. Franz. El. Epigr. pag. 49). De his dubium esset nonne praepositio immutata tantum mansisset, nisi aliis comparatis, qualia sunt *ἀνάνκας*, *ἄνχιστος*, *λανχάνειν*, (Hyp. 4, 2, 8, 17), quibus sunt conferenda *ἐνγύς* (Acarn. C. I. 1794 h), *Μίνχιον* in tessera Petiliensi, *ἀνγέλλω* (tab. Heracl.), *ἀνγελίας*, *τυνχάνει* C. I. 2347 e videremus totum hoc genus latius patere.

Nec minus *ν* legitur ante consonas ubi vulgaris ratio *μ* poscit: *ἀνφότερος* (Hyp. 39), quocum haec ex aliis titulis compares, *ἀμενφές*, (C. I. 3.) *ἀνπέλων* Corc. (C. I. 1840) *ποιπεύειν* Delph. (Wescher et Foucart), *Ὀλύνπιος* (Tab. El. et C. I. 30), *πέντις* (C. I. 90), *Ἄθανβος*, Delph., *λανβάνειν*, Eleus. (Franz. El. Ep. pag. 116), *Κλεόνβροτος* (*Κλεομ(β)ρο-τος*, rad. *μορ*) in catalogo Erechth. occisorum, (Franz.

ib. pag. 112). Valde suspicor hoc *ν* designare obscurum sonum nasalem, qualis est in Francogall. *bonté, compter*. Nec aliter putes pronuntiasse qui scripserunt *συνμαχία* (Tab. El.), *ἑκατόνβοια* (C. I. 1516), *ἑκατόνπεδοι* (C. I. 141), *ἀνιράξαιεν* Corc. (C. I. 1845), *ἐνβάλλειν* Delph., *ἔνπροσθεν*, *συνφερόντων* Att. (cf. supra), quamquam *ν* in his suum obtinet locum,[37]) et prorsus similiter in Oz. 15 *συνβολάς*.

§ 11.

De spirantibus.

1. *σ* geminatum est in *ὄσσις* (Hyp. 14, 35), *Φασστός* (Oz. 14); sed *Φαστόν*, (ib. 15) et *Φέκαστος* semper per simplex *σ*. *Θαλάσας* (Oz. 3) parum accurate scriptum est.

2. Digamma diutissime apud Locros viguisse apparet, quum fere nullae ampliores inscriptiones hanc litteram tanta constantia exhibeant. Excusationem habet omissum digamma in vocibus nusquam alibi *F* instructis, quas vero olim id habuisse ex aliis documentis constat: quales *αἰ*, *ἐπεί* (*βαίκαν* Hes., *ἐπιπεί* apud Homerum metro indicatum, *svai* Osc.), *ἐννέα*, *ἑτορες*, tum *οἰ* (*διπλεῖ οἰ* Oz. 8, pro quo Kirchhoff satis probabiliter proposuit *διπλῆ Foι*)[38]) *ἡμιόλιον* (Curt. Etym. 503). *F* ejecit etiam *ξένος* et ejus composita (Oz.) quamquam *ξένFων* ex vase Corinthio et *πρόξενFος* ex tit. Corcyraeo, (Arch. Zeitung 1846, Nr. 48) jam nota sunt. Minus certa sunt *ἀρέσται* et *ἐλέσται* (Curt. Etym. 509), et

---

37) Tabulae Heracl. praebent *ν* ante dentales et fere semper ante gutturales, tamen *μ* ante labiales: *ἀμπέλων*, *ἀμμισθώθη*, *ἀμπώλημα*.

38) Minus probandum quod Ahrensius, Kuhn. diar. VIII, 345, legi vult, *διπλεῖ ἴῳ;* quod *ἴῳ*, habet pro pronomine a stirpe demonstrativa *ἰ* prognato. Non verum est quod dicit scripturam *EI* pro *ει* cum tituli more scribendi pugnare.

Οἰάνθεια (ib. 523).[39] In *ἰστία* (Hyp. 16) *F* exspectandum erat: Hesych. *γιστία*.

Vocum quae *F* instructae leguntur, eas prius recensebo quae etiam alibi *F* habent.

καιαιFεί, (Hyp. 4) *αἰFεί* in C. I. 1; sed *ἀές* in tab. Heracl.

Fασστός (Oz.), cf. *Fασστίοχος*, Tegeat., C. I. 1520, *Fάσσ*[*ιν*] Corcyr. C. I. 20, *Fασιγμειδοντίω*, Acraeph., Ulrichs, *Reisen und Forsch.* pag. 247, *Fάστιος* (i. e. *Fάστεως*) Bocot. C. I. 1569 et al.

Fέτος, (Hyp. 13, 33) etiam in Her. tab. et foed. Eleo: quibus accedunt Bocotica *Fέτια*, C. I. 1569 et *FιζαιFέτιες*, C. I. 1575.

Fίδιος (*Fιδιόξενος* Oz. 12): tab. Heracl. exhibent *Fιδίαν* etc., tum *Fίδιον* est in duobus titulis Coronaeis, *Berichte der kön. Sächs. Ges. d. Wiss.*, 1851, pag. 200. Radix est *σFε*.

Foἶκος in derivativis *ἐπίFοικος*, *μεταFοικεῖν* etc. saepe in utroque titulo. Tab. Heracl. habent *οἰκία*, et *ἐποίκια*; hiatus tantum in *ἐποικοδομά* demonstrat recordationem digammatis non prorsus evanuisse. *F* autem est in tessera Petiliensi, C. I. 4, *τὰν Foικίαν*, et *Fκία* in nonnullis Bocoticis a Savelsbergio (de digamm. pag. 5) collectis, denique *πεδάFοικοι* in Argivis, C. I. 19 et 14.

Sequuntur quinque vocabula quae in aliis titulis digammate non instruuntur.

Fεσπέριος (Hyp. 10), cf. *φέσπερε* in Sapph. fragm. 95 Bergk[3]., ut scriptum est in Etym. Gud., Ahr. Aeol. 32.

FεFαδιχόια (Hyp. 38), unde apparet Locros *Fαρδάνα*, *ἔFαδον*, vel *ἔFFαδον* (Hom. *εἷαδον*), *Fαδύς* pronuntiasse.

---

39) Fortasse adjicere debeam *ὄρκος* (Oz., Hyp.), modo recte suspicer id, cum *ἕρκος*, a rad *var* derivandum esse (Sanscr. *var*, circumdare, tegere, Goth *var-jan*), quae per litt. k et g aucta fiat modo *var-k*, unde *ἕρκος*, *ὅρκος*, (cf. Sanscr. *vark*, *varksh*, tegere), modo *var-g*, Sanscr. *varj*, Gr. *εἴργω*, etc. Cf. *ἐπίορκος*.

F in hac stirpe, olim *σϝαδ*, jamdudum ab omnibus doctis cognitum, nullus adhuc praebuerat titulus,[40]) quamquam *Fάδεα* satis certum videtur in Alcaei fragm. 39. Bergk[3], pro *τάδε ἄν* codicum, multaque Hesychiana testimonio sunt, *βάδομαι*, *γάδεσθαι*, *γανδάνειν*, etc.; Ahr. Dor. 45, 53.

Fεκών (Hyp. 12); *F* jam notum erat ex Hesych. glossis *γέγκαλον* (i. e. *ἔγκηλον*), et *γεκαθά*, quibus accedit hiatus apud Homerum, e. g. Il. *Δ*, 43, *δῶκα ἑκών*, et in voce *ἀέκων*, postremum ex Sanscr. *vaç*, velle.

Fέκαστος, quater in Hyp. (v. 9, 26, 28, 30). Quum adhuc inter viros doctos controversum sit num haec vox revera *F* praedita fuerit, necne, reperta haec forma diserte *F* exhibens occasionem nobis praebet rei accuratius excutiendae. Tota quaestio in vocabuli etymologia posita est. Ahrensius, quoniam tab. Heracl. et praesertim Boeoticae inscriptiones ceterum digammatis tenaces constanter *ἕκαστος* exhiberent, asseveravit, Aeol. 170, vocem „ne in Homerica quidem dialecto recte digammate instructum fuisse putari". At paulo incautius, ni fallor, vir eximius locutus est. Certe enim alicujus etsi non hujus initialis consonae vox *ἕκαστος*, si qua alia, indicia ostendit apud Homerum. De qua re quamquam Hoffmannus, Quaest. Hom. II, § 114, et Leo Meyer in Kuhn. diar. VIII, 164 sq. similem instituerant quaestionem, mihi visum est pretium operae ut quaevis dubitatio evanesceret, omnes, quantum indici Seberiano fides habenda esset, Iliadis et Odysseae ipsum inspicere locos, in quibus *ἕκαστος* legeretur: *ἑκάτερος* propter mensuram vocis non poterit introduci in numeros dactylicos. Et sic fere rem sese habere comperi. Legitur *ἕκαστος* in 115 Iliadis locis; quorum 66 exhibent hiatum[41]) etiam in editionibus

40) Exceptis fortasse Boeoticis quae praebent *Fασίας* et *Fάσανδρος* nomina propria, cf. Curt. Etym. 215; quae ad hanc radicem relata sunt.

41) Cetera, praeter hiatum, initialis consonantis documenta non admittit forma ipsa vocabuli, ⏑ — ⏑ aut ⏑ — —.

vulgaribus; in 20 hiatus removebatur per *ν* ephelcysticon, quo ejecto Bekkerus *F* restituit; deinde decies occurit versus qui vulgo legitur *ὡς εἰπὼν ὦτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου*, qua in formula veterrima Bekkerus certa, meo quidem judicio, emendatione reposuit *θυμόν τε*; denique in tribus aliis locis levi ac probabili mutatione hiatum reduxit: omnino 99 sunt loci ubi vox a consona incipere videtur. Contra 12 sunt versus in quibus de initiali consona non licet cogitare, quatuor ubi *F* duriore conjectura a Bekkero insertum est, itaque 16 ubi hiatum non sumendum existimo. Haud multo diversi Odysseae numeri; vox invenitur in 109 locis, hiatus certus est in 60, tollitur per *ν* ephelc. in 24, semel reperitur *μένος θυμόν τε ἑκάστου* (vulgo *καὶ θυμόν*), quater hiatus efficitur levissima correctione, quorum locorum summa 89: loci ubi Bekkerus *F* omisit sunt 16, ubi audacius, ut puto, restituit, 4; omnino 20.

Statuo igitur in Iliade et Odyssea:

hiatum traditum in locis . . .	126,
levi mutatione restitutum . .	62
hiatum probabilem	188
hiatum non posse restitui . .	28
dura mutatione restitutum . .	8
hiatum abesse	36.

Quum igitur dubium non sit quin *ἕκαστος*, una cum *κάτερος* antiquitus consona in fronte praeditum fuerit, pergam ad etyma consideranda a viris doctis proposita, quorum quatuor invenio mentione digna. Ac Boppius quidem, (gramm. comp. II, 24, 55), has voces conjunxit cum Sanser. *êkataras, êkatamas,* cui comparationi quum obstet et significatio (Leo Meyer. l. c. pag. 165) et desiderata initialis consonans, non possumus eam adoptare. Deinceps Curtius (Etym. 426) explicat *-κάτερος, -καστος* idem esse atque *πότερος, -πόστος*, existimat autem syllabam *ἑ-* nihil aliud esse nisi numerale *ἕν*; reddit igitur *ἑκάτερος, ἕκαστος* per *unus utercunque* et *unus quotuscunque.* Huic assentitur Leskien; „de ratione

quam I. Bekker in restit. digammo secutus est" pag. 16. Certe verisimilitudinem quandam habet haec explicatio, praesertim comparata simili voce ἑ*κατόν*, in quo -*κατόν* agnoscimus *centum*, *çatam*, et syllabae ἑ- ut tribuamus significationem numeralem adducit analogia Anglicae vocis *a hundred* vel *one hundred*, in qua numerale nunquam omittitur. Quoniam origo vocis ἕν nondum satis constituta sit (cf. Curt. Etym. 365) incertum manet quam consonam olim in initio habuerit. Sane paulo aliter hoc ἑ-*κατόν* intelligit Windisch, „*Ueber d. Ursprung d. Rel. pron.*" Curt. Stud. II, 2, pag. 384, qui refert ἑ- ad stirpem *sa* quae est in ἅ-*παξ*, ἁ-*πλόος* et Sanscr. *sa-kṛt* = *semel*; quod *sa* num sit idem atque ἕν necne, in dubio relinquit.

At idem de ἕ*καστος* non protinus esse statuendum suspicionem movet hoc, quod neque ἕν neque ἑ*κατόν* vel minimum vestigium, sive apud Homerum sive alibi, consonae initialis monstrat. Nec minus ἅ*παξ* et ἁ*πλόος* ejusmodi indiciis carent. Quidquid fuit olim in fronte horum vocabulorum (in his duobus certe fuit σ), excidit antiquissimo tempore, atque permirum esset si eadem stirps in vocabulo prorsus simili quale esset ἕ*καστος* consonantem tamdiu obtinuisset jamdudum in ceteris obsoletam.

Potius accederem ad partes Benfeji, qui in vol. VIII Kuhnii diar. pag. 321 sq. hanc rem tractavit. Is, quae tertia est explanatio, revocat has formas ad *ja-ka-s* ut binas contineant stirpes pronominales, relativam et indefinitam. Analogiam adducit ex usu pronominum in lingua Sanscrita. Quae conjunctio stirpium prorsus in unum conveniret cum ὁ-*πότερος*, ὁ-*πόστος*: at vix credibile est unam atque eandem compositam vocem in tam diversas formas diffissam esse. Neque, etsi liceret, quod dubium est, adhibere j ad Homericum hiatum explicandum, faveret huic opinioni ϝ quod est in nostro titulo. Itaque priusquam alias explanationes perpenderimus, cavebimus ne hanc originem voci ἕ*καστος* tribuamus.

Quartam derivationem proposuit, licet admodum caute,

Hoffmannus, § 114. Refert ἕκαστος et ἑκάτερος ad adverbium ἑκάς; hoc comparat cum Latino *secus*, unde colligit litteram σ in fronte vocabulorum Graecorum abjectam esse. Omnino id commune est adverbio ἑκάς cum ἕκαστος, quod utrique separationis notio inest. At oportet simul originem spectare omnium cognatorum vocabulorum, id quod nunc facilius fieri potest quam eo tempore quo Hoffmannus scribebat. Vox *secus* (*secius*, *sequius*, *sectius*, cf. Varronem apud Gellium 18, 9, 4) deducenda esse videtur a rad. *sec* verbi *sequor*, atque ad Gr. ἑκάς, ut Hoffmanno placet, vix potest trahi. Nihilominus alia Latina lingua praebet quae huc certius pertinent: *sēd-itio*, *sē-duco*, *se(de)orsum*, et ipsam conjunctionem *sed* in quibus consentaneum est syllabam *sēd* vel *sē* nihil aliud esse nisi ablativum pronominis reflexivi, *sve*. Similiter usurpatam conspicimus hanc stirpem in ἑκάς, i. e. σϜε-κάς, cf. Sanscr. *sva-tas*, „ex se, per se“. Sensus est separationis, tum longinquitatis. Suffixum κας quod etiam videmus in ἀνδρακάς, (cf. Sanscr. *ças*, Bopp. gram. Sanscr. pag. 433) referendum est ad stirpem demonstrativam *ka*.

Simili quodam modo existimo etiam Ϝέκαστος, etc. explicari posse. Ex eadem stirpe *ka* ortae sunt, additis comparativi et superlativi terminationibus, formae κάτερος, κάστος, in quibus tamen, ut vulgo fit, sensus stirpis, sive demonstrativus sive interrogativus, abiit in indefinitum; ut significent *alteruter* vel *utercunque*, et *quotuscunque*, prout unius ab altero aut ab omnibus aliis distinctio fit. Inde facilis est transitus ad *uterque* et *quisque*. Huic praeposita est stirps σϜε; σϜε-κάτερος, „*uterque separatim*“, σϜέ-καστος, „*quisque seorsim*“, „*jeder für sich*“. Componitur σϜε cum altero pronomine etiam in ἑαυτός, licet diverso sensu. Hoffmannus igitur non sine jure suspicatus est ἑκάς et ἕκαστος eandem radicem continere, licet hoc non recte statim ab illo derivaverit.

Ἑκά-ς adverbium sine σ conspicitur in compositis ἑκή-βολος, ἑκάεργος, Ἑκαμήδη, etc. idem suff το assumpsit in

ἕκατος: contra ab ἑκάς cum σ finali deducuntur ἑκάσιερος et ἑκάσιατος. Haec omnia significationem distantiae servarunt. Totum hoc genus vestigia digammatis apud Homerum non minus distincta quam ἕκαστος exhibent; praeterea *F* testantur βεκάς apud Hesychium, et *Fεκίβολος* apud Marium Victorinum; cf. Savelsberg. de dig. pag. 9.

Quoniam haec derivatio rei satisfacit, non est cur *F* tabulae insculptum in suspicionem vocemus.

Fότι, (Oz. 6), forma unica, philologis jam satis nota, de qua quanto uberius ab aliis disputatum est, eo minus oportet me multa verba facere. Sunt qui *F* toti stirpi relativae vindicent propter hanc formam, sive cum Savelsbergio rad. sumunt *κFo* = Lat. *quo*, sive Lottnerum secuti ad stirpem *σFo* = *sva*, *σFε* trahunt. Contra olim docuit Boppius pronomen ὅ-ς, ἥ, ὅ ad primitivum *ja-s*, *jā*, *ja-t* esse referendum, quale est in ling. Sanscr. Zend. etc., quod praeceptum acceperunt etiam Schleicher, Curtius, Meyer alii qui de his rebus scripserunt. Quae derivatio quum mihi vera videatur, eo minoris facio istud *Fότι* quod in altero titulo, sane antiquiore scriptum est v. 11, 39 ὅτι, v. 15, 36, 38 ὅσστις, v. 35 οἵττινες, v. 21 ᾧ. Rem quum jam bene excussisset G. Curtius, Etym. pag. 368 et 552, nuperrime E. Windisch in libro supra laudato, pag. 209—216, tanta ingenuitate ac peritia tractavit, ut plura addere supervacaneum sit. Unum tantum proponam de explicatione hujus *F*. Curtius, Etym. 409, opinatur id errore quodam tantummodo scribendi a lapicida pro *j* insculptum fuisse, quum jam neutra consonans pristinam haberet vim, sed utraque obscure sonaret. Mihi verisimilius videtur isto *Fότι* lapicidam revera pronuntiationem corruptam indicare voluisse, nempe, ut Latinis exprimam litteris, *huoti*. Constat Graecum *F* sonum lenissimum habuisse ambobus labris effectum, quo propius accederet ad vocalem *u*. Qui sonus quam facile possit se sua sponte intrudere in mediam syllabam *ho*, documento sunt Anglorum voces *whole* (Goth. *hails*, Anglosax. *hal*) et *whore* (Goth. *hôrs*, *hôrinôn*, Anglo-

sax. *hore*) quae *hwole*,[42]) *hwore* sonant, et ego permulta similia sicut *hwome*, *hwope* pro *home*, *hope*, inter homines agrestes saepenumero ipse audivi. Simile quid nescio an factum sit in dialecto Ozolarum, quo efficeretur Ϝόττι; tum ut eadem inscriptio asperum in οἱ pronomine omittit, ita non mirum est eum etiam in Ϝόττι neglectum esse. Omnino vocalem *o* libenter sibi *r* vel *u* adsciscere, notum est: lingua Germanica vetus nonnumquam ex *o* effecit *uo*, quod in lingua novicia in *u* abiit: Goth. *fôtus*, Germ. vet. *fuoz*, rec. *fuss*. Nec secus in lingua Italica recente quidque *o* breve quod simplex sequitur consona *u* sibi adsociavit: *nuovo*, *uomini*, a Lat. *novus*, *homines*.

§ 11.

De spiritu.

1. Spiritus asper proprie locum habet ubi in fronte vocabuli *F*, *σ*, *j* evanuit: hanc originem habet in hisce quae in titulis nostris leguntur: ἑβατάν (Curt. Etym. 538), ὁ- (rel. stirps), tum verisimiliter in ἑκατόν Hyp. 13), ὁσιλόξενος, ἑπό, ὅρκος.

2. At spiritus asper, quem primum distinctum ac gravem sonum habuisse existimamus, paulatim in dies debilitabatur; propter hanc causam Iones Asiani antiquo tempore signum *H* in alium usum verterunt, scilicet quia opus non esse ducebant scriptura designare spiramentum tam leve ut mutas praecedentes non afficeret, nam de absoluta psilosi non licet cogitare; nec aliud factum esse putamus in Attica lingua, quoniam post Euclidem archontem non amplius pro necessario haberetur spiritum littera indicare. Paulo integriorem servarunt Dores sonum asperum, maxi-

42) Nunc plerumque reversa est pronuntiatio hujus vocis ad antiquius *hole*, quamquam *whole* scribitur. Tamen *w* distincte enuntiatum percepi a nonnullis qui in Anglia septentrionali aetatem degerant.

me Italiotae, utpote qui, alphabeto Ionico jam accepto, novum signum excogitarent ad hunc sonum exprimendum. At in singulis quibusdam vocibus mos asperi omittendi mature ingruebat, ut intelligitur ex numero vocabulorum quae in omnibus dialectis eo carent, idque in monumentis satis antiquis, in nonnullis aliis contra vestigia prisci spiritus videmus in plebeio sermone usque ad recentem aetatem permanasse. Cujus rei ingentem contulit exemplorum copiam Keilius in schedis epigraphicis, pag. 6 sq. nolo enim credere omnia ejusmodi, qualia *ἶσος*, C. I. 3137, 2439, tab. Heracl. I. 127, *ἕτος* haud raro in Atticis et aliis, necnon *πενταέτηρίς* in tab. Heracl., (simplex in his tabulis est *Fέτος*), *ἴδιος* in Teniis titulis, cf. Franz. el. ep. pag. 232 et Welckeri opuscula. vol. III, pag. 245, falsae aspirationi deberi.

In Locricis titulis ut praeteream *ἔχω* quod propter sequens *χ* semper lenem habuisse putes, haec videntur asperum spiritum amisisse:

ἀδελφεός.

ὁ, *ἁ*, articuli, in quibus voculis leviter pronuntiatis facilis corruptio est. Utraque inscriptio praebet constanter has formas sine aspero, nisi quod videtur esse in initio tit. Hyp. *ἁ'πιFοιχία*, quapropter licet suspicari ne in articulo quidem asperum plane inauditum fuisse. Conferas psilosin articuli in Hieronis galea, C. I. 16, *Ἱάρων ὁ Δεινομένεος*, et in Cretica inscriptione Bergmanni, ubi *κὠ* pro *καὶ ὁ*.

οἱ pronomen reflexivum; vide tamen quae dixi § 10, 2.

ἰστία, cujus scripturae vestigia in manuscriptis libris sunt, cf. Steph. thes. s. voc. *ἑστία*. Eo magis miramur asperum abesse, quod *F* expectabamus. Sed explanatio quaeri potest in eo, quod pleraeque voces quae *F* ante *ι* abjecere lenem affectant.[43]) Facile credemus lenem simili

43) Quamquam spiritus ratio omnino minus certa est, neque lingua in mutando *F* semper eandem viam ingressa est, tamen non est negandum nonnullas litteras vim aliquam exercuisse in constituendo

modo exstitisse in *κατικόμενον* (Hyp. 31) pro *καθικόμενον* (rad. *Fικ*, quamvis adversante Ahrensio, Aeol. 27; cf. Curt. Etym. 132), cujus exemplum habemus in *ἵκμενος*; etiam

spiritu seu aspero seu leni. Qui vocabula olim digammate in fronte instructa inter se comparaverit, inveniet has regulas valuisse:

1. Asper tenacius haeret ubi *σF* abjectum est quam in vocibus quae *F* tantum amiserunt.

2. Vocalis *ι*, longae durae vocales, diphthongi adversantur aspero.

3. Sequens aspirata in eadem vel proxima syllaba asperum non tolerat; contra *κ* et *σ* aspero favent; ceterarum consonantium non tanta est vis; maxime vacillat spiritus ubi liquida nasalisve sequitur.

Liceat haec exemplis illustrare:

Vocalis *ι* affectat lenem: *ἴον*, *Ἰόλη*, *ἴος*, *Ἴων*, *ἴτυς*, *ἰτέα*, *ἰταλός*, *ἰδεῖν*, *οἶδα*, *ἴδρις* (rad. *Fιδ*), *ἴδιος* (*σF*), *ἴχνος*, *ἰφι*, *ἴλη*, *ἴλλω*, *Ἰλισσός*, *Ἴλιον*, *ἵς*, *ἴνιον*, *ἶνες*, *ἴκατι* (Hesych.) quamquam asper est in *ἵκαντιν* (ibid.) ubi *κ* causa esse videtur ut in rad. *ἱκ* (*ἱκνέομαι*) quae tamen lenem induit in *ἵκμενος*. Asper praevalebat in *ἵδρως* (*σF*), tamen rursus evanuit in *ἰδίω*, *ἴδος*. Ceterum *σ* servavit asperum in *ἱστορεῖν*, *ἱσιία*, *ἱμάτιον* (*ἱσμάτιον*), *ἶσος* (Her. tab. C. I. 2439, 3137), licet vulgo *ἴσος* dicatur.

Longae vocales amant lenem: *ἤτριον* (rad. *Fα*), *Ἴλις*, *ὥρα* (rad. *Fορ*, *ὁράω*), *ὠλξ* (*σF*, cf. asp. in *ἕλκω ὅλκος*), *ὠνέομαι*. Asper in *ἡδύς*, *ἥδομαι* debetur *σF*; non valuit in Hom. *ἦδος*, *ἄσμενος*: nec magis in *ἦθος* (*σF*) propter *θ*.

Diphthongi favent leni: *οὐλαι*, *οὐλος*, *οὖρος* (mons), *οὐρος* (vigil), *οὐρανός*, *οὐρέω*, *οἶη* (rad. *Fας*), *οἶκος*, *οἶνος*, *εἴκω*, *εἴκοσι*, *αἰ*, *εἰ*, *αἶσα*, etc.

Ceterae vocales *α*, *ε*, *ο* inter lenem et asperum vacillant. Pronomen *οὗ*, *οἱ*, *ἕ* etc. (rad. *σFε*) habet asperum: *ἑκ* plerumque aspero instruitur; *ἑκών*, *Ἑκάβη*, *ἑκυρός* (*σF*). *ἕξ* (*σF*); *ἕτος* vulgo, tamen *ἔτος* est in tab. Heracl. (*πενταέτηρίς*) et nonnusquam alibi. (C. I. 2347, c, 48; 2693, c, 4; 3094, 12; 3541, b, 5, 38; 3902, b, 8; 5187, a, 9; 5872, 11, 761; 6819, 3; 2415, 3; 6239 b: cf. Franz. el. epigraph. 232, Curt. Etym. 639), *ἑταῖρος* sed *ἔτης* (*σF*), rad. *ἐπ*, *ἔπος*, *εἰπεῖν*, *ἄγνυμι*, *ἄγη*. Aspirata postulat lenem: *ἔθνος*, *ἔθος* (*σF*), *ὄχος*, *ὀχέομαι*; etiam si intercedit *σ*; *ἔσθος*, *ἐσθής*, quae radix alioquin asperum servat ut exspectamus propter *σ*, *ἕσμαι*, *ἔννυμι ἑανός*, *ἱμάτιον*, *εἷμα*: *σ* favet aspero etiam in *ἕσπερος*, *ἑσία*; non idem valet in *ἄστυ* neque in *ἔαρ* (*Fέσαρ*). Nasalibus certam vim non licet tribuere: *ἄναξ*, *ἐμέω*, *Ἐνετοί* et *Ἑνετοί*. Incertum spiritum secum ferunt liquidae *λ ρ*: *αἱρεῖν*, *ἑλεῖν* (rad. *Fαρ*), *ἕλκος*, *ἕλος*, *ἕλκω*, *ὅλκος* (*σF*), sed *ἀραιός*, *ἐλπίς* *ὀλπίς*, *ἑλδομαι*, *ἔριον*

apud Aeolenses asper non habebat firmam in hac radice sedem, Ahr. l. c.

Attamen in *πεντορχία* (Oz. 16) libentius credemus quadratarium peccasse, quam asperum deesse; quia eadem inscriptio v. 15 *ὄρκον*, v. 16 *ὁρκωμότας*, altera v. 12, 13 *ὅρκος* suppeditant. Hic mos scribendi licet infrequentior apud Dores non tamen ignotus est, cf. *μετ' ὁμοιόας*, C. I. 2671, et alia minus certa apud Ahr. Dor. 39.

3. Secundaria aspiratio qua spiritus lenis fit asper, praecipue ab Atticis affectata, saepissime etiam apud Dores irrepsit. Nonnulli certe Aeolensium ab ea abstinebant, et valde suspicor totum genus ab antiquissima ac vera indole Doricae dialecti alienum fuisse. De singulis autem vocibus propter paucitatem exemplorum in vetustioribus titulis ac fidem recentiorum parum certam (quum perpauci corruptionis suspicione careant, nec saepe tituli Ionica litteratura scripti possint testimonium de spiritu dare) difficillimum est quidquam pro certo statuere. Videntur tamen Dores in adj. *ἰαρός* (Sanscr. *isharas*, Aeol. As. *ἶρος*, El. *ἐπίαρος*) aspirationem plerumque admisisse, nam licet sit in Theraeo monumento antiquissimo nomen *Ἰάρων*, Franz. el. ep. pag. 55, idemque in didrachmo Crotoniensi, Ahr. Dor. 37, tamen duo veteres tituli adversantur, galea Hieronis quae habet *Ἰάρων*, et cippus Corcyraeus (*Kirchhoff, Studien z. G. d. Gr. Alph.* ed. 2, pag. 80 in imo marg., Bergmann Hermes II pag. 139) cui insculptum est *ὅρFος ἰαρός*, prae-

---

εἰρος, *ὄρος*, *εἴρω*, *εἴρηκα* (rad. *Fερ*), *ἔρρω*, *ἐρύω*, *ὄρανος* (Aeol.), *ὄρτυξ*. Etiam ejusdem radicis formae inter se discrepant: a rad. *Fαλ* (volvere, Curt. Etym. 334) est Att. *ἑλύω* vel *εἰλύω*, epic. *ἐλύω* vel *εἰλύω*, *ἑλίσσω*, *ἕλιξ*, *εἴλυμα*, *ἕλυτρον*, *ὁλοίτροχος* (Att.), *ὁλοιτροχος* (epic.), *ὅλμος*, *ἀλέω*, *ἄλευρον*, etc., *ἄλως*, *ἀλωή*, *ἀλοάω*. A rad. *Fαλ* (comprimere, Curt. 502) *ἁλία* (Att.) sed *ἀλία* (Heracl.), *εἴλη*, *εἴλω*, *εἰλαρ*. A rad. *σFελ* (condere) *ἀλέα* (ep.) sed *ἁλέα* (Att.), *ἕλη*, *εἴλη*, *ἑλάνη*. A rad. *Fεργ* (laborare) *ἔργον* etc., sed *ἕργμα* Pindaricum. A rad. *Fεργ* (premere) *ἔργω*, *εἴργω*, sed etiam *ἕργω* (tab. Heracl.), *εἵργω*, *ἕργμα*, *ἕρκος*. A rad. *Fορ*, *ὁράω* sed *ὄρομαι οὖρος*. Sic etiam *ἔρση* et *ἔρση*.

terea tab. Her. habent *ἰαρός* consentiente Lac C. I. 13. Similiter *ὅρος* (finis, cf. Ion. *οὖρος*) est in tab. Heracl., sed in cippo Corcyraeo videtur esse *ὅρϜος* (Bergmann l. c.) et *ΟΡΒΟΣΙΑΡΟΥΚΛΙΟΣΙΟΥ*, C. I. 1909, in altero Corcyr. cippo litteratura recentior legitur, quare nihil possumus de spiritu trium dubiorum vocabulorum concludere. *Ἵππιος* erat antiquorum Argivorum (C. I. 2), *ἵππος* Tarentinorum, *ἱππί* (Hesych.) Siceliotarum, sed quatenus lenis ceteris Doriensibus sit tribuendus, nescimus. *Ἑός* videtur solorum Atheniensium esse; Dores certe *ἀϜός* dicebant, Ahr. Dor. 49.

Non igitur miramur Locros scripsisse in ambobus titulis *ἀμάρα*, *αὐτάμαρον*, etc., quamquam de hac voce certum testimonium adhuc defuit, sed Hom. *ἦμαρ* et Pindarica *ἐπάμερος* et *πεμπτάμερος* jam suspicari permiserant antiquiorem formam *ἀμάρα* esse, cui accedit *ἐπ' ἀμέρας* Ther. C. I. 2148, quod Ahrensius dubitabat utrum pro *ἀμ.* an *ἀμ.* acciperet. Nec minus antiquum est *ἰδρία* (rad. *ud*) Hyp. 45, unde concludimus Locrenses *ἴδωρ* dixisse, quod sane ad Aeolismum vergit, sed cf. in C. I. 2 Argiv. *Ὑγασία*. De *ὅσιος* quod constanter in Hyp. tit. scriptum est non possum antiquitatem lenis affirmare, quum etymon lateat. Ceterum noto *ἐννέα* non sequi mirum Heracleensium morem, qui dicebant *ἔννέα*, ut etiam *ὀχτώ*.

4. Attamen ab eadem falsa aspiratione non semper temperavisse Locros docet *ἄγειν* bis scriptum in tit. Oz., licet sit in eodem *ἐπάγων*. Neque illud Locris proprium: *ἄγειν* est in Att. tit. Rangab. ant. Hell. 57, a, 10, atque in derivato verbo *ἡγεῖσθαι* praevalebat asper in lingua vulgari et in Boeotica, quamquam Aeoles Asiani cum Laconibus lenem primitivum observabant (Ahr. Dor. 38, Aeol. 28), et composita *στρατηγός* etc. eundem exhibent. Mirum est *βάγος* (immo *βαγός*) Spartanis ab Hesychio adscriptum, in qua forma sane aliena a prisco Dorismo (cf. nomina Laconica *Ἀγησίλαος* etc.) quum videatur *β* (i. e. *f*) falso ex-

stitisse ex spiritu aspero, apparet nullam hujus radicis formam aspero semper caruisse:

Vulg. ἄγω, ἀγός, Lesb. Lac. ἄγέομαι,
Locr. ἄγω, Lac. ἀγός, Vulg. ἡγέομαι.

Legitur semel manifesto errore Ὀπωντίων (Hyp. 39) pro Ὀπωντίων, hoc autem constanter alibi.

Videmus igitur Locrenses, quum nonnulla ab aliis mutata intacta relinquerent, tamen in universum non minus quam reliquos Graecos fuisse pronos ad spiritum asperum et supprimendum et addendum.

§ 12.

De aphaeresi, elisione, apocope.

1. Aphaeresin jam diximus apparere in ἀ̓πιΓοικία (Hyp. 1) quamquam alibi non reperitur; et sane exspectabamus in eo loco crasin.

2. Elisio fit ut vulgo, nisi quod numeralia eam patiuntur: δέκ᾽ ἀμαρᾶν (Oz. 5), πεντεκαίδεκ᾽ ἄνδρας (ib. 13), ἐννέ᾽ ἄνδρας (ib. 14), τριάκοντ᾽ ἀμάραις (Hyp. 42), τριάκοντ᾽ ἀμάραι (ib. 43). Eliditur αι in αἰ δείλει᾽ ἀνχωρεῖν (Hyp. 7), quamquam alibi manet eadem terminatio ante vocales. Longa ut videtur (Ahr. Dor. 382) vocalis particulae κα elisione non exempta est.

3. Praepositionum apocope, qua finalis vocalis ante consonantem abjicitur, parce utebantur Locri, ut omnino septentrionales Dores. Ἀνά in compositis formam ἄν induit: ἀνδιχάζειν, ἀνχωρεῖν, quod fit in tab. Heracl. quum in compositione (ἀνγράφειν, ἀμμισθόω), tum etiam in separata voce, (ἂν τάν etc.), sed Locr. ἀνὰ τό Oz. 3. Corcyr. tit. C. I. 1845 exhibet decurtatas formas integris infectas. Praepositio περί insolitam formam habet πέρ, cf. El. πάρ; pauca alia exempla collegit Ahr. Dor. 357. Κατά et ποτί secundum solitum Doridis morem, apocopen sustinet ante

articulum: sed eo non necesse fit formas quales *ποιθέντες*, *προκαδδεδικάσθω* (tab. Heracl.) Locris vindicare.

At etiam magis decurtatae formae sunt: *ἐ τᾶς* (Oz. 2), *ἐ θαλάσας* (ib. 3), *ἐ λιμένος* (ib. 4), *ἐ δάμω*, *ἐ κοινάνων* (Hyp. 4), *ἐ Ναυπάκτω* (ib. 8, 20), *κατάς* (Oz. 15), *κατῶνδε* (Hyp. 1), *ποιούς* (ib. 33), quamquam *καττό* certum videtur Hyp. 46.[44]) Quarum has apertum est a *κατιάς ποττούς* ortas esse, neque aliam tribuemus originem illi *ἐ* si comparamus Hesych. *ἐττῶν· ἐκ τῶν*. Kirchhoffius ubi in philologo Oz. inscriptionem interpretatus est, postquam statuit *ἐ τᾶς*, *ἐ λιμένος*, *κα τάς* pro *ἐτάς*, *ἐλλιμένος*, *κατιάς* esse scripta prisca illa satisque nota scribendi ratione, qua duplex consona per simplicem denotetur, tum etiam affirmavit totum titulum ea uti orthographia ut omnino simplices praeberet pro duplicibus consonis, idque fieri etiam ubi distincta sese excipiant vocabula, itaque refecit quae scripta sunt *αἴ ει συλῷ* et *ἀδικοσυλῷ* ut legeretur *αἴ τις συλῷ* et *ἀδίκως συλῷ*. Sane vestigia ejus moris quaedam sunt in titulo: *θαλάσας*, *Γαστόν*. Sed istius consonantium duorum vocabulorum confusionis nescio unde exemplum[45]) sumatur, minime certe ex eodem titulo ubi legitur *κατὰς συνβολάς*, neque ex altero Locrico ubi adversantur *ἐν Ναύπακτον(-τῳ)* octies scriptum. *Γεκάστων νομίζει, τῶν νομίων, αὐτῶν νομίοις, Γεκάστων νόμος, τὸν νόμιον, τοῖς σέν*. Viro illustrissimo scribere volenti *ἐττᾶς*, *κατιάς* etc. minus re pugnaverim. Veruntamen *ἐ* tanta constantia in utroque titulo insculptum suspicionem movet simplicem consonantis pronuntiationem indicari, id quod de *ποιόν κατάν* jam suspicatus est Ahrensius Dor. 356, nempe praepositiones interdum, abjecta finali vocali, alteram quasi apocopen pati, et hanc in forma *πό*, *κά* exstare. Neque desunt exempla: ut enim praeteream ea in quibus nimius concursus consonarum

44) Fortasse accuratius scribitur *κὰτ τό*, *πὸ τούς*, ut *πὰρ τάι*; sed vide Buttm. Ausführl. Sprachl. II. pag. 373, in imo margine.

45) Nam praepositio vix pro separata voce habenda.

causa possit esse omissionis qualia Hesych. *ὄσιασαν ὀ-σκάπτω* (i. e. *ἄν-σιασαν*, etc.) *κάβλημα*, Homerica *κάκιανε*, *κάσχεθε*, Alcaci *κασιαθείς*, Sapphonis *κασιολέω*, Arcad. *κάξελε*, habemus magnam copiam formarum quales *κατάν*, *κατάπερ* (i. e. *καττάπερ* pro *καθ' ἅπερ*, Gelbke de dial. Arc. 31) in titulis Aeolicis et Doricis, quibus accedunt Hesych. *πόδικε*, *κατράγοντες*, *κάβασι* (*κάτ-βαθι*), Eleum *καδαλέοιτο*, Coreyr. *πὰ Ἰάμαρα* (Rhein. Mus. XVIII. pag. 570), Paphium *καλέχεσ[ο]*, Cypr. *ἰ* pro *ὑπό*, denique haec ubi simplex consona metro confirmatur; *καβαίνων*, apud Alcmanem, *κάπετον* Pind. Ol. VIII, 38.

Assimilatio praepositionis conspicitur tantummodo in Hyp. 15, *ἐγ Ναυπάκτω*: cui conferas Delph. *ἐγδαμείτω*, *ἐγδιδαξάτω*, *ἐγ Βοιωτίας*, apud Wescher et Foucart, 136, 5; 213, 17; 309, 5. Heracl. *ἐγδικαξάμενοι*, aliaque innumera.

§ 13.

De nominum et pronominum declinatione.

Quoniam de permultis quae huc pertinent jam supra ubi sonos tractabamus disputatum sit, eo paucioribus rem nunc absolvere possumus.

1. Nominativus singularis nihil praebet notandum, nam quod Hyp. 22 *Ναυπάκτις* aperta culpa sculptoris scriptum est, nemo cogitabit de syncope illa quae in recentissima Graecitate praevalebat.

Genetivum declinationis secundae in *ω* exire vidimus. Formas quales *γένεος ψευδέος*, ut etiam gen. pl. *γενέων ψευδέων* non contrahi, fidem facit nom. pl. non contractus, quum hic saepius quam illic contrahatur; Ahr. Dor. 234.

Dativus stirpium in litt. *ι* desinentium, quum eae *guna* non utantur, exhibet *ῑ* ex *ι-ι* contractum.

Accusativus stirpium *ευ* terminatarum vulgare *έα* habet, non in *ῆ* contractum ut nonnunquam apud Dorienses fit; Ahr. Dor. 237.

Dativum pl. tertiae declinationis terminatione *-εσσι* (paulo antiquius est Heracl. *-ασσι*), quae per totum fere Dorismum praevalebat, etiam in prisca lingua Locrorum usum esse non dubito affirmare, docente Delph. C. I. 1688, *ἱερομναμόνεσσι*, *πάντεσσι*, et titulo 46 in Curtii Anecd. Delph., *ἐν πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσι*. At Delphica et Aetolica dialecti plerumque metaplasmum in decl. II admittunt, ut stirpi nominis syllaba *-οις* accedat. De hac forma disputavere Ahr. Aeol. 236, Dor. 230; E. Curtius, Anecd. Delph. pag. 90; analoga quaedam profert G. Curtius in libro de nom. Gr. form., pag. 13—15. Vix alia forma est in Delphicis, ubi legis innumerabiliter *ἑτέοις*, *ἀγώνοις*, *ψοκέοις ἱερέοις*, *ἄνδροις* etc. Eam Locris cum Delphis communem fuisse testantur *μειόνοις*, Oz. 14, et *Ναλειέοις*, Hyp. 17. Unde recte haud parvam antiquitatem huic mori tribues. Ahrensii sententia, hoc *οις* ex *εσσι*, *ασσι* natum esse, non est probanda.

Accusativum decl. II quum certe apud Hypocnemidios tum probabiliter apud Ozolas in *ους* desiisse, notatum est.

Appono specimina quaedam frequentissimorum declinationis generum, uncis inclusis formis quarum casu exemplum nullum in titulis legitur, de quibus autem dubitari non potest.

Declinantur stirpes exeuntes in

A: *δίκα*, *δίκας*, *δίκᾳ*, *δίκαν*; *δίκαι*, *δικᾶν*, *δίκαις*, *δίκας*. *ἰβατάς*, *ἰβατᾶ*, *ἰβατᾷ*, *ἰβατάν*; *ἰβαταί*, *ἰβατᾶν*, *ἰβαταῖς*, *ἰβατάς*.

O: *δᾶμος*, *δάμω*, *δάμῳ*, *δᾶμον*: *δᾶμοι*, *δάμων*, *δάμοις*, *δάμους*.

I: *πόλις*, *πόλιος*, *πόλι*, *πόλιν*; [*πόλιες*, *πολίων*, *πολίοις*, *πόλιας*].

EY: *Ναλειεύς* [*Ναλειέος Ναλειεῖ*] *Ναλειέα*; *Ναλειεῖς*, *Ναλειέων*, *Ναλειέοις*, [*Ναλειέας*].

Λ: *παῖς* [*παιδός*, *παιδί*] *παῖδα*; [*παῖδες*, *παιδῶν*, *παίδοις*, *παῖδας*].

EΣ: *Γέτος*, *Γέτεος*, [*Γέτει*]; *Γέτεα* [*Γετέων*, *Γετέοις*].

THP: [*δικαστήρ, δικαστῆρος*]; acc. pl. *δικαστῆρας* etc.
TEP: [*πατήρ, πατρός*] *πατρί, πατέρα*; [*πατέρες*] etc.
NEP: *ἀνήρ* [*ἀνδρός*]; acc. pl. *ἄνδρας* etc.
ONT: *Fεκών, Fεκόντος* etc., fem. [*Fεκοῦσα*].
HN: [*μήν*] *μηνός* etc.
ON: [*μείων*] neutr. *μεῖον*; dat. pl. *μειόνοις* etc.
AON: [*κοινάν*] *κοινᾶνος* etc.

2. Articulus habet *ὁ, ἁ* pro Att. *ὁ, ἡ*; et *τοί, ταί* pro *οἱ, αἱ*.

Relativa stirps nunquam aspero caret. De *Fότι* pro *ὅτι* vide § 10.

3. Adverbiorum loci *in quo* terminationes, quales Ahrensius Dor. 361 sq. exponit, nempe praeter alias *ει* in mitiore Dorismo, *ῃ* vel *η* in severiore, exemplo nullo illustrantur. Delphica certe in *ει* exibant; Wescher et Foucart, 115, *οἰκεούσας ει κα θέλωνται*, cf. 121, 124. Contra adverbia significatione *unde* praedita leguntur in Hypocn. *ὅπω*, v. 9, 18, *ὦ* v. 21. Sic enim interpretanda videntur haec adverbia, quae ex casu ablativo exorta sunt: cf. Ahr. Dor. 376, Frohwein Curt. Stud. I, 1, 80. Tamen facile transeunt talia in notionem *ubi*, ut videmus in locutionibus *ἑκατέρωθεν*, „*ab utraque parte*“, etc.; unde vereor ne temerius tentaverint viri docti Hesychiana *κηνῶ· ἐκεῖ* et *πῶ· ποῦ*. Ab his ablativis diversi sunt si qui *ς* retinentes modalem accipiunt sensum: sic *ὅπως*, Hyp. 26.

Quamnam rationem adverbiorum loci *in quem* secuti sint Locri, monumenta non demonstrant.

Adverbium *διπλεῖ* certum videtur in *διπλεῖ οἱ θῳῖστω*, (Oz. 28), cf. *διπλεῖ* in Heracl. tab. I, 61; nisi recipimus emendationem Kirchhoffii *διπλῆ Foι: διπλῆ* est in Corcyr. C. I. 1845. Formatio amborum obscura, quum stirps *διπλοο* esse videatur. Radicem conjicio esse *πλα* verbi *πιμπλάναι*, ut sit *διπλόος* idem ac *bis expletus;* quod quum suffixo aliquo (fortasse *Fo*) uti videatur, forsitan liceat suspicari illa adverbia simplicius formari ex ipsa radice, et

alterum pro locativo alterum pro instrumentali habere. Similem agnoscas formationem in *ποιεχεῖ*, tab. Hèr. I, 121: *ἀπὸ τῶ ποιεχεῖ Γέιεος*.

§ 14.

De verborum formis.

1. Terminationem *ντι* tertiae pers. plur. activi exhibent conjunctivi *ἔωντι* Hyp. 29 et *ἀνδιχάζωντι*, Oz. 10. Indicativus *φυλάσσοντι* est in Chal. tit. C. I. 1607.

De *στ* pro *σϑ* in imperativi 3 pers. sg. et infin. medii jam disputatum est. Concludimus Locros etiam *λείπεστε* pro *λείπεσϑε* etc. dixisse.

Infinitivus activi verbi barytoni sequitur apud Hypoenemidios vulgarem rationem. De *ΕΝ* quod scriptum est in altero titulo vide § 3 ad fin.

Locros igitur sic fere praesens verbi declinavisse apertum est.

	Act.	Med.
Ind.	*λείπω, λείπεις, λείπει*	*λείπομαι, λειπῃ, λείπεται*
	λείπομες, λείπετε, λείποντι	*λειπόμεϑα, λείπεστε, λείπονται.*
Conj.	*λείπω, λείπῃς*, etc.	*λείπωμαι*, etc.
Opt.	*λείποιμι*, etc.	*λειποίμαν*, etc.
Imp.	*λεῖπε*, etc.	*λείπεο, λειπέστω*, etc.
Ind.	*λείπειν*	*λείπεσται*
Part.	*λείπων*, fem. *-ουσα.*	*λειπόμενος.*

Pro vulgari *ναι* infinitivi est *μεν*, ut in toto Dorismo: *εἶμεν, στάμεν, δόμεν*: *εἶμεν* servatur etiam in recenti C. I. 1567.

Tertiam pers. sing. opt. act. aoristi primi servare semper *αι*, ut in *συλάσαι*, vix opus memorare.

2. De formatione praesentis haec monebo. Verba in *νυμι* thematicam assumere vocalem docet *ὀμνύειν*, Oz. 19. *Συλέω* pro *συλάω* est Delphicum quamquam aoristus manet *ἐσύλασα* (E. Curt. Anecd. Delph. pag. 92); sed Locri *συλάω* retinebant ut apparet ex *συλῶντα*, *συλῷ* (opt.), *συλῆν* in

Oz. titulo. Praesens *ἐλάω* (*ἀπελάωνται*, Hyp. 8) ne Atheniensibus quidem ignotum erat, cf. Eurip. fragm. 779 Nauck., Xen. Cyr. VIII, 3, 32., et frequentatur a Pindaro. Sed plerumque apud illos in futurum sensum abiit. Infinitivus exit in *ῆν*: *νικῆν σελῆν*. Verba in *άω* semper contrahuntur excepta forma *ἀπελάωνται*. Contra verba in *έω* soluta occurrunt praeter infinitivos, ubi *ε-εν* fit *ει-ν*. Verisimile autem est 2 pers. pl. fuisse *κρατεῖτε*, *κρατεῖστε*.

Restat ut disseram de forma *ἐγκαλείμενος*, Hyp. 41, 43, quae est participium praesentis verbi *καλέω*, idem igitur atque *ἐγκαλούμενος*. Prorsus similia sunt Boeoticum *ἀδικείμενος*, et Delphica *ποιείμενος*, *ἀφαιρείμενος*, *καλείμενος*, C. I. 1693, Wescher et Foucart 417, 450, 396. Haec quum ita explicari soleant ut *ει* sit corruptio vocalis *ῑ* qualis fit continuo in lingua Boeotica, ea explanatio, mihi jam in Delphicis minus satisfaciens, vix ullo modo ad antiquum Locricum titulum integram dialectum exhibentem pertinere potest. Praeferenda est altera sententia, *καλείμενος* e *καλειόμενος* sicut *γεραίτατος* ex *γεραιότατος* exstitisse, sed ne haec quidem satis certa, nam conjungenda videntur haec participia cum Lesb. *καλίμενος* etc.; quod quomodo fieri possit infra proponetur. At hoc *καλίμενος* cohaeret cum permultis similibus formationis cujusdam singularis vestigiis, quae verba contracta in omnibus dialectis Aeolicis exhibent: idcirco Aeolicae vulgo formae nominantur quamquam a Doride et Iade non sunt alienae. Quapropter nobis primo accuratior quaestio de origine totius inflexionis generis instituenda est.

Vulgaris explicatio, quam videas apud Ahr. Aeol. 134 sq. et 208 sq., eo tendit ut verba vulgo contracta in Lesbiaca dialecto flexionem verborum in *μι* sumpserint, i. e. thematica vocali careant. Et profecto miram utriusque conjugationis formae similitudinem exhibet haec dialectus: respondent inter se *φίλημι*, *φίλεις*, *φίλει* et *τίθημι*, *τίθεις*, *τίθει*, etiam accentu consentiente, eodem modo participia *φίλεις*, *φίλεντος*, *τίθεις τίθεντος*; et facile fieri potest, si

quis Ahrensii tractationem perlegerit, ut pro certo constare videatur hanc transitionem revera apud Aeolenses factam esse.

Attamen denuo rem perpendenti dubitationes se offerunt quominus hanc sententiam protinus adoptet. Transitio de qua agitur, etsi cogitatione fingi possit, tamen per se parum est verisimilis. Sane duplicis conjugationis exemplo sunt verba in *-νημι*, *-νάω*, sed hic formam in *μι* antiquiorem, stirpemque posteriore tempore per thematicam vocalem amplificatam esse, docet lingua Sanscrita. Aliter sese habent denominativa in *-άω*, *-έω*, *-όω*; nam haec omnia ad *a-jāmi*, formam verborum derivatorum archetypam, reducenda sunt. Hujus prius *ă* ad stirpem pertinet nominalem, sed *ja* syllaba suffixum verbale est. Oporteret igitur sumere suffixum in illis formis plane evanuisse; id quod neque probabile est neque exemplis firmari potest. Huic opinioni id quoque obstat quod formae per tot dialectos sparsae, singulatim tamen in plerisque occurrentes, vetustatis potius quam novitatis speciem prae se ferunt; idque certius redditur comparatione Latinae linguae ut infra apparebit.[16] Dubium insuper videtur num similitudo illa externa omnes verbi formas pervadat; etenim quum producta vocalis in *φίλητον*, *φίλημαι*, *φιλήμεθα*, *φίλησθαι* certis testimoniis firmata sit, vix Lesbiis insolentia *τίθητον*, *τίθημαι*, *τιθήμεθα*, *τίθησθαι*[17] tribuerim, nedum ceteris omnibus Aeolicis Doricisque gentibus, quae nihilominus *καλήμενος* et similia praebeant. Crimini igitur nobis ne vertatur, si periculum saltem faciemus, num etiam hae remotiores formae

46) Hirzelio igitur non possum assentiri (*Zur Beurtheilung des Aeol. Dialectes*, pag. 57 sq.) qui totum hoc genus falsae analogiae verborum in *μι* attribuit, et putat verba denominativa, suffixo *ja* abjecto, sese ad normam illorum conformasse, ac terminationes stirpi nominali, quasi novae radici („*das als eine neue Wurzel gefühlt ward*"), affixisse.

47) Neque excitandum est Homer. *τιθήμενος*, quae forma metri gratia producta est.

cum vulgaribus conjungi atque ad easdem primitivas reduci possint.

In quo conatu praeivit nobis Gelbke in libello de dialecto Arcadica, pag. 40 sq. (Curt. Stud. II. 1.). Is nonnulla rectius perspexit. Quae enim formae longam vocalem ante simplicem terminationis consonantem habent, eas, excepta 1. pers. sing. ind. act., jure intellexit contractas esse. Hujus classis multo plura quam aliarum exempla exstant, casu omnia propemodum a stirpibus in ε derivata. Lesbiaca dialectus aliquot formas praebet quales *φίλητον*, *φίλημαι*, *φιλήμεθα* etc.; infinitivus est *φίλην* (etiam *νίκᾱν*, *στεφάνων*), simile *φορῆναι* est Homericum et Arcadicum; Arcadicum quoque *ζαμιώσθω*, quamquam id ad vulgarem rationem referri potest. Praeter haec maxime frequentatur participium medii, in septem dialectis testatum: Lesbiaca praebet *καλήμενος* et similia, Arcadica *ἀδικήμενος*, Elea *καδαλήμενος*, Homerica *ἀλιτήμενος*, Boeotica *ἀδικείμενος*, Delph. et Locr. *καλείμενος*. Hoc genus ita Gelbke opinatur ortum esse, ut *j* excidente praecedens vocalis producta sit, deinde cum sequenti coaluerit: *φορε-jεναι*, *φορη-εναι*, *φορῆναι*: et similiter *καλε-jόμενος*, *καλη-ομενος*, *καλήμενος* ceteraque omnia. Recte quod ad Homericum istud attinet, sed *καλήμενος* a *καλη-ομενος* prodiisse nolo credere, primum quod nullum novi exemplum in quo *η-ο* in *η* contrahitur, at potius *ω* efficitur in *νη-όδυνος*, *νώδυνος*, deinde quod necesse esset Locr. *καλείμενος* ab his separare. Denique ista explanandi ratio ideo mihi non satisfacit, quod partem tantummodo quandam Aeolicae conjugationis enodat, nam etsi, ut infra videbimus, Gelbke etiam *ἀδικέντα*, *ζαμιόντες* et nonnulla ejusmodi pro contractis habet, tamen restabant formae haud paucae quas non poterat ita explicare, quasque putat (pag. 42) revera thematica vocali carere; quales sunt *φίλημι*, *γέλαις*, *φίλεις* etc. At quis non potius credet totius verborum generis unam eandemque rationem esse?

Novae autem atque ut mihi videtur verioris explanationis ansam praebet quum ipsa forma *καλείμενος* tum

comparatio linguae Latinae. Si conferimus Locricum Delphicum Bocoticum *καλείμενος* cum Arcadico Lesbiaco Eleo *καλήμενος*, suspicio non potest reprimi contractionem factam esse, nam in illis tribus dialectis solet *ε-ε* in *ει*, in his autem in *η* coalescere. Recte igitur omnia a *καλε-jεμενος* procedunt, *καλείμενος* quidem per intermedium *καλε-εμενος*, *καλήμενος* aut per idem aut si mavis per *καλη-εμενος* (cf. Lesb. *ἀδική-ω*), quae origo certe Homerico *ἀλιτήμενος* tribuenda erit. Hoc *καλε-jεμενος* nihil differt a vulgari *καλε-jομενος* nisi colore vocalis thematicae, quae non, ut vulgo fit, propter nasalem sequentem fuscata est, sed clariorem sonum antecedentis *ε* sumpsit. Conspirat Latinum *docēmini*, quod nemo dubitabit quin a *doce-emini* deducendum sit, nam etiam in *leg-imini*, i. e. *leg-emeni*, videmus nasalem non valere ad them. vocalem in *o* vertendam. Originem formarum sic licet exponere:

ă-jămanas
- ĕ-jĕmenos
  - ē-ĕmenos, *ἀλιτήμενος*, Hom.
  - ĕ-ĕmenos, *καλήμενος*, docēmini
  - ĕ-ĕmenos, *καλείμενος*.
- ĕ-jŏmenos, ĕ-ŏmenos
  - *καλούμενος*
  - *καλεύμενος*.

At haec assimilatio thematicae vocalis non solum in contractis formis latet, verum res ipsa conspicitur in Homericis *ὁρά-ασθαι*, *μνά-ασθαι* etc. His indiciis ducti, animo nobismet fingamus rationem conjugationis in qua vocalis suffixi *ju* semper praecedenti stirpis vocali sese colore accommodat, eamque sequitur, prout *a* manet, aut in *e* aut in *o* abit.[48])

Quatenus cetera sic expediantur, nunc quaeremus,[49]) ordientes a prima pers. sing. ind. act., quam memores

48) His jam scriptis, animadverti Hirzelium, in libro cit. pag. 57, in similem rationem incidisse, quam tamen sine idonea causa repudiat, ratione linguae Latinae neglecta.

49) Formas sic affero ut eas Ahrensius constituit.

alterius Lesbiacae formae *ἀδικίω*, Homericae *ἠβώοντες* (pro *ἠβάοντες*) sic constituemus:

ă-jāmi { *γελᾱ-ᾱμι* Lesb. *γέλᾱμι*; *φιλη-ημι* *φίλημι*; *δηλω-ωμι* *δήλωμι*.

Nam quae grammatici *γέλαιμι*, *κλάναιμι* (nec minus *ἵσταιμι*) proferunt, haec secundaria esse videntur atque assentior Hirzelio qui opinatur (l. c. pag. 24) ea ex antiquioribus *γέλαμι*, *ἵσταμι* exstitisse, littera *ι* terminationis etiam paenultimam syllabam afficiente, ut fit in *αἰμίονος*, *Αἰσίοδος*, pro *ᾱμίονος*, *Ἀσίοδος*. Ceterum moneo accentum retractum nihil difficultatis habere in dialecto barytonesi tam dedita, cf. *Ποσείδᾱν*, e *Ποσειδάων*. Latina lingua alim rationem sequitur: *ama-o*, *doce-o*.

Paulo difficiliores 2 et 2 personae: sed memineris *ε-ει* confluere in *ει* etiam in severiore Dorismo quamquam *ε-ε* contrahitur in *η* (Ahr. Dor. 202); simili modo *o-οι* in *οι* in Att. *δηλοίην* ex *δηλο-οίην*, unde etiam *α-αι* efficere posse *αι* colligi licet.

ă-jăti { ā-ăti { ă-ăt { amă-at, amāt; docĕ-et, docēt. ā-ai(t); *ὁρᾱ-αι*, *ὁρᾱ́-ᾳ* Hom.

ă-ăti . . . { *γελα-αι(τ)*, *γέλαι*, Lesb.; *φιλε-ει(τ)*, *φίλει*; *δηλο-οι(τ)*, *δήλοι*

Nec secus 2 persona. Simplicissime etiam 3 pers. plur. act. qualis est in Lesbiaca dialecto sic explanatur; vide infra. Totus optativus huc trahendus est et nominativus participii activi:

ă-jants { amă-ans, amans; docĕ-ens, docens

ᾰ-ανς; *γελα-αις*, *γέλαις* Lesb.; *ε-ενς*; *φιλε-εις*, *φίλεις*; *ο-ονς*; *δηλο-οις*, *δήλοις*.

In his Lesbii non producunt vocalem stirpis ante diphthongum.

Tertia classis earum est formarum quae longam exhibent vocalem ante simplicem consonantem. Quam rationem sequantur supra demonstravi ubi exponebam de forma *καλήμενος*. Homerica ejusmodi refero ad productam stirpis vocalem; e. g. *φορῆναι* ad *φορη-εναι*, non ad *φορε-εναι* quum deberet esse *φορεῖναι*. Lesbiaca utravis ratione explicari possunt; Locricum *καλείμενος* spectat ad brevem vocalem. Hoc genus complectitur ind. act. dual. *φίλητον* etc., necnon 1 et 2 pers. plur., *φίλητε* etc. (cf. *docetis, docemus*), imperfectum, *ἐγέλαν*, *ἐφίλη*, *σάως* (Ahr. Aeol. 144) etc., imperativum act. praeter 3 pers. plur., *γέλα*, *φίλη*, *φιλήτω* (cf. *amā, docē, docēto*), infinitivum act. *φίλην*, *νίκαν*, *σιεφάιων*, *φορῆναι*, etc.; deinde in medio indicativum praesentis et imperfecti (excepta Lesb. 3 pers. plur.) *φίλημαι*, *φιλίμεθα*, *ἐφιλίμην* etc, imperativum, infinitivum *φίλησθαι*, *γέλᾶσθαι* (casu intestatum), cf. Hom. *μνᾶ-ασθαι*, *ὀρᾶ-ασθαι*; participium *φιλήμενος*, *ἀσᾶμενος* (cf. *amāmini*).[50]

Pergo denique ad quartam speciem, quae primo aspectu sententiae meae adversari videtur: formas dico quae ante *ντ* correptam habent vocalem, quales casus obliqui part. act. *οἴκεντος*, *ἔρρεντος* (Ahr. Aeol. 142), similia Arcad. *ἀδικέντα*, *ξαμιόντες*, Thessal. *σιροταγέντος*, Lesb. imper. 3. pl. *κατάγρεντον*, quibus accedit 3. pers. pl. *οἴκεντι*, *φίλεντι* (Ahr. Aeol. 208: potius *οἰκέντι* etc.) incertae dialecti. Sed in Arcadicis illis (et poterat etiam in ceteris) correptionem longae vocalis agnoscit Gelbke, statuens antiquius *ἀδικῆντα*, quod ille derivat ab *ἀδικη-οντα*, nos autem ab *ἀδικη-εντα*. Facilis correptio sequente duplici consona: vide quas ille adducit analogias, et cf. quae supra dixi de *δα-*

50) Rettulerim ad hanc formationem verba Homerica *ἄημι* et *κίχημι* (Conj. *κιχείω*) ut pro contractis habeantur. Nomen a quo illud derivetur praesto est apud Hesychium: *ἄος*. Ceterum noto Schleicherum (Comp. 815) *φιλίσω* simili modo ex *φιλε-jεσω* explicare, necnon *τιμᾶσω*, *δηλώσω*.

μιοργός, § 7, 10. Et revera traditum est *δινῆντες* (immo *δίνηντες*) Sapph. fragm. 1, v. 11,[51] quod non debebat mutare Ahrensius. In participio nasalis vocalem in Latina lingua non affecit: *leg-entis;* et *amantis, docentis* respondent Graecis *γέλαντος, φίληντες*. Contra *leg-ont, leg-onto,* sed nihilominus conspirat *docent* cum *φιλέντι* (*φιλῆντι*), et eodem modo intelligendum est *amant*, quamquam id posset ad *ama-ont* revocari. Adjicio schema 3 personae plur. ind. activi:

ă-janti
- ă-anti
  - ama-ant, amant
  - *γελα-αντι* [*γελᾶντι*]
- ĕ-enti
  - doce-ent, docent
  - *φιλη-εντι, φιλῆντι* (*έντι*)
- ŏ-onti
  - *γελα-αισι*, *γέλαισι* Lesb.
  - *φιλε-εισι, φίλεισι*
  - *δηλο-οισι, δήλοισι*

Quaeris fortasse qui fiat ut nasalis in hac formatione non valeat ad thematicam vocalem obscurandam, quam vim nunquam amittit in conjugatione verbi barytoni. Causa, si quid video, in hoc posita est, quod syllaba *ja* origine erat radix verbalis, quae ipsa secundum conjugationem in *μι* declinabatur, atque eodem jure quo *τίθε-μεν θέ-ντος* nihil afficiebatur a nasali: id quod videmus in radice *θε* quae est in Aor. pass., *λεχ-θέ-ντος* etc. At postea quum jam perceptio ac sensus hujus formationis paulatim hebesceret, ut vera ejus natura non amplius sentiretur, coepit haberi pro thematica vocali haec radix, atque tum demum audiebantur *φιλέομεν* et similia.

3. Aoristum I et futurum verborum in *ζω*, quas formas in Dorica lingua littera *ξ* uti consentaneum est, non ab eadem ratione discessisse in Locrica, demonstrat substantivum *ψάφιξις* = *ψήφισις*, Hyp, 45.

Aoristi in *κα* pluralis numerus conspicitur in C. I. 5769,

51) Cum rar. lect. *δινεῦντες*,

ἀνέθηκαν, quod per me licet pro Locrico habeas. Cf. Ahr. Dor. 316.

De aoristo *ἀποτείσῃ* disseruimus § 6, 1.

In perfecto *Γεγάθηκα* (part. *Γεγαθηκότα* Hyp. 38) videmus, ut Occonomides bene notat, eandem formationem atque in vulgaribus *τετύχηκα*, *μεμάθηκα* et in Herodoteo *λελάβηκα*.

§ 15.

De forma praepositionum.

Plurima jam dicta sunt ubi disputavimus de apocope.

ἀνά: in compositis *ἀν*, alibi integrum.

παρά non legitur sed rationem eandem sequi quam *ἀνά* licet credere; Ahr. Dor. 354.

κατά; integrum in compositis (Hyp. 7) idemque separatim (Oz. 4; Hyp. 28); sed. ante articulum *κάτ* (Hyp. 46), *κά* (Oz. 15, Hyp. 1).

μετά non mutatur: in comp. Oz. 6 et al., separatim Hyp. 13.

διά ut vulgo, in comp. Hyp. 38, 45.

